30 ₰

DE

SENATI CONSULTI ROMANORUM

AB IOSEPHO ANTIQ. XIV 8, 5 RELATI TEMPORIBUS

COMMENTATIO

QUAM

SUMMORUM IN PHILOSOPHIA HONORUM AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

RITE OBTINENDORUM CAUSSA

SCRIPSIT

LUDOVICUS MENDELSSOHN
OLDENBURGENSIS
SEMIN. PHILOL. LIPS. NUPER SENIOR

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXIII

DE

SULTI ROMANORUM

. XIV 8, 5 RELATI TEMPORIBUS

IMENTATIO

QUAM

OPHIA HONORUM AB AMPLISSIMO
DINE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

TINENDORUM CAUSSA

SCRIPSIT

US MENDELSSOHN
DENBURGENSIS
ILOL. LIPS. NUPER SENIOR

L

FRIDERICO RITSCHELIO

SACRUM

'Omnino supra ceteros infelix scriptor est Iosephus, praeter meritum suum, cum ob elegantiam sit optima fortuna dignissimus. Perpauci sunt qui eum uno tenore iusta cum diligentia legant; pauciores, qui tantum Hebraice, Graece Latineque (nam has tres linguas teneri recte volebat Casaubonus) sciant, ut eum satis intelligere possint, ne ex eorum quidem numero, qui vel maxime propter disciplinae suae professionem debebant. Ceterum, ut de quoque eius loco quaestio aut controversia incidit, ita quisque, inspecto eo loco, vel e versione, vel, si plus sapiat, e Graecis, ope lexici triobolaris adiutus, fortiter de eo in utramvis partem iudicat.'

Ernestius 'opusc. philologica critica' L. B. 1764 p. 349.

Antiocho IV Deo Epiphane, Antiochi III Magni f., anno 149 aer. Seleuc. (I Maccab. 6, 16; Ioseph. A. I. XII, 9, 2) i. e. primo vere anni a. Chr. n. 163[1]), misere mortuo, Iudas Maccabaeus, Mattathiae sacerdotis f., arcem Hierosolymorum[2])

---

[1]) De Seleucidarum, quam dicunt, aera, ne ad controversiam haud parva animorum contentione opinionumque varietate a chronologis inde a Scaligero usque ad Gumpachium olim agitatam saepius recurrendum sit, semel haec moneo. Scriptor libri I Maccab. et, quoad hunc sequi poterat, Iosephus, utique a Nisane, non a Thischrio mense, anni a. Chr. n. 312 annorum computationem faciunt. Deinde, quam alterius Macc. libri 'mendaciis pleni' (v. Valckenaerius diatr. de Aristobulo Iudaeo p. 17, 33; cf. in universum A. Geigerus 'Urschrift und Uebersetzungen der Bibel' Vratislav. 1857 p. 219 sqq. et I. Freudenthalius 'die Flavius Iosephus beigelegte Schrift über die Herrschaft der Vernunft' Vratislav. 1869 p. 75) scriptor sequitur temporum definiendorum rationem, ea a tota hac quaestione cum Grimmio ad II Macc. 13, 1 p. 186 sqq. utique segreganda est, cum omnis vel conciliandi vel discernendi labor in cassum fiat. (Fr. Xav. Patricii 'de consensu utriusque libri Maccab.' Romae 1856 edita disputatio ex De Wettii tantum 'Lehrbuch der hist.-krit. Einleit. in die kanon. u. apokryph. Bücher des A. T.' ed. octav. cur. Schradero (Berol. 1869) p. 567 mihi innotuit). Denique futtilia Wieseleri ('chronol. Synopse der vier Evangelien', Hamburgi 1843 p. 453 et s. v. 'Aere' in Herzogii encycl. I p. 159 sqq.) argumenta sunt omnia, quae illum, ut primi libri scriptorem initium anni facere a Tebeth mense anni 312 statueret, impulerunt.

[2]) De arcis (ἄκρας) situ et de ceteris rebus topographicis huc spectantibus in tanto virorum peritissimorum dissensu (cf. charta

a Syris et, qui cum eis societatem inierant, Iudaeis quibusdam patriorum rituum contemptoribus occupatam obsidere ausus speratum audaciae fructum non cepit. Nam Antiochus V Eupator, Epiphanis f., ingenti exercitu collecto Bethsuram urbem firmissimam obsidione cingit, Iudam auxilio advolantem ad Bethzacharia in fugam vertit ipsumque Hierosolymorum templum munitissimum, quo ille se receperat, obsidet. Ac iam Iudas, Bethsura interim a Syris capta[1]), propter frumenti commeatusque penuriam in summis angustiis erat, cum Antiochus Philippi, legitimi tutoris ab Epiphane constituti, adventu comperto, Lysiae suasu pacem cum Iudaeis componit domumque revertitur, munitionibus tamen templi perfide dirutis.

Paullo post, anno aer. Sel. 151 (I Macc. 6, 1) Demetrius Seleuci IV f., Deus, Philopator, Soter in nummis cognominatus (v. Froelichius 'annales compendiarii regum et rerum Syriae' ed. II Viennae 1754. fol. p. 57 sqq.) Roma, ubi obses retinebatur, Polybio adiutore clam senatu relicta, Syriam invadit, Antiochum Lysiamque comprehensos occidit regnumque adeptus est. Is apostatarum illorum ipsiusque Alcimi, pontificis Maximi, calumniis ira in Iudam incensus primum Bacchidem Iudaeae inmittit, post hunc Nicanorem familiarium suum fidelissimum. Quem Iudas prospera usus fortuna ad Capharsalama adortus in arcem Hierosolymorum compellit recentibusque copiis instructum ad Bethoron vincit occiditque die tertio decimo Adar mensis[2]) (I M. 7, 43; Ios. XII 10,

---

quinta in Menkii 'Bibelatlas in acht Blättern' Gothae ed. 1868) disserere meum non est. Itaque remitto lectores et ad ea, quae post Raumerum, Robinsonem, Berggrenum, alios nuper disputavit Caspari in 'theolog. Studien u. Kritiken' 1864 I p. 309 sqq. et ad programmata duo gymnasii Halensis a. 1865, 1866, in quibus Arnoldus locos omnes ad topographiam Hierosolymitanam pertinentes ex Bibliis et Iosepho accurate composuit.

[1]) Apud Iosephum XII 9, 5: Ἀντίοχος δὲ τὸ μὲν τῆς στρατιᾶς εἰς Βεθσούραν ἔπεμψε, πολεμήσων αὐτήν, τῷ λοιπῷ δὲ τῆς δυνάμεως αὐτὸς ἧκεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, patet πολεμῆσον legendum esse.

[2]) Nolo praetermittere hunc diem ut festum commemorari etiam in fastis quibusdam 'Megillat Ta'anit i. e. 'liber ieiunii' inscriptis. (XII, 3: בתליסר ביה יום נקנר.). In quibus fastis chaldaice conceptis satisque antiquis (litteris exarati videntur medio fere saeculo p. Chr. n. primo) dies indicantur, quibus ieiunium observari fas non est. Ediderunt enarraruntque post brevem Salvadoris disputationem ('histoire de

5), i. e. initio Martii m. anni a. Chr. n. 161, sive exeunte anno aer. Sel. 151.

Iam sequitur apud Iosephum XII 10, 6 de Alcimo pontifice narratio, cui βουληθέντι καθελεῖν τὸ τεῖχος τοῦ ἁγίου (cf. Derenbourg I p. 65 adn. 3 contra Graetzium hist. Iud. III p. 467 ed. I), ὃν παλαιὸν καὶ κατεσκευασμένον ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, πληγή τις αἰφνίδιος ἐκ τοῦ θεοῦ προσέπεσεν, ὑφ' ἧς ἄφωνός τε ἐπὶ τὴν γῆν κατηνέχθη καὶ βασανισθεὶς ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ἀπέθανεν, ἀρχιερατεύσας ἔτη τέσσαρα. τελευτήσαντος δὲ τούτου τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ λαὸς τῷ Ἰούδᾳ δίδωσιν, ὃς ἀκούσας περὶ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅτι καταπεπολεμήκασι τήν τε Γαλατίαν καὶ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης, καὶ πρὸς τούτοις τὴν Ἑλλάδα κεχείρωνται καὶ τοὺς βασιλεῖς Περσέα τε καὶ Φίλιππον καὶ τὸν μέγαν Ἀντίοχον, ἔγνω φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι. Quodsi verba ordine legimus, Nicanor die 13. Adar mensis a. a. S. 151 moritur, paullo post Alcimus pontifex huiusque in locum Iudas succedit, qui pontifex Maximus ab Iudaeis creatus cum Romanis foedus componit. Denique mortuus dicitur τὴν ἀρχιερωσύνην ἔτος τρίτον κατασχών, (Ios. XII 11, 2), i. e. initio anni aer. Sel. 152, sive Maio fere mense a. a. Chr. n. 161, ubi vel ipse tertius pontificatus annus explicari omnino non potest. Porro quid idem ille Iosephus A. XX, 10 in recensendis pontificibus de Alcimo? Πρῶτος δὲ Ἀντίοχος, ait, ὁ προειρημένος καὶ ὁ στρατηγὸς αὐτοῦ Λυσίας τὸν Ὀνίαν, ᾧ Μενέλαος ἐπίκλην, παύουσι τῆς ἀρχιερωσύνης, ἀνελόντες αὐτὸν ἐν Βεροίᾳ, καὶ τὸν παῖδα τῆς διαδοχῆς ἀπελάσαντες καθιστᾶσιν Ἰάκιμον ἀρχιερέα, γένους μὲν τοῦ Ἀαρῶνος, οὐκ ὄντα δὲ τῆς οἰκίας ταύτης . . . . . . ὁ δὲ Ἰάκιμος ἔτη τρία τὴν ἀρχιερωσύνην κατασχὼν ἐτελεύτησεν. διεδέξατο δὲ οὐδεὶς αὐτόν, ἀλλὰ διετέλεσεν ἡ πόλις ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ χωρὶς ἀρχιερέως οὖσα. πάλιν δὲ οἱ τῶν Ἀσαμωναίου (i. e. Mattathiae) παίδων ἔκγονοι, τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους πιστευθέντες καὶ πολεμήσαντες Μακεδόσιν, Ἰωνάθην ἀρχιερέα καθιστᾶσιν, ὃς ἦρξεν ἐνιαυτοὺς ἑπτά.

---

la domination romaine en Iudée' Bruxellis 1847 I p. 103) Graetzius III p. 461 sqq. et Derenbourg 'essai sur l'histoire et la géographie de la Palestine' Parisiis 1867 I p. 439 sqq.

Haec adversis frontibus inter se pugnare dudum intellectum est, at ipse error plane inexplicabilis videtur. Attendamus igitur ad I Macc. libri scriptorem, quem in illorum temporum rebus unum ab Iosepho compilatum esse omnes consentiunt.[1]) At planus est consensus idemque narrationis decursus, nisi quod nihil ille de Alcimo hac tempestate mortuo. Immo nono demum capite vs. 54 Tischend. habemus haece: καὶ ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ (i. e. Iiar) ἐπέταξεν Ἄλκιμος καθαιρεῖν τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς τῶν ἁγίων τῆς ἐσωτέρας, καὶ καθεῖλε τὰ ἔργα τῶν προφητῶν καὶ ἐνήρξατο τοῦ καθαιρεῖν. 55. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήγη Ἄλκιμος καὶ ἐνεποδίσθη τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ καὶ παρελύθη, καὶ οὐκ ἐδύνατο ἔτι λαλῆσαι λόγον καὶ ἐντείλασθαι περὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. 56. καὶ ἀπέθανεν Ἄλκιμος ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ μετὰ βασάνου μεγάλης, i. e. ineunte anno aer. Sel. 153, Maio mense anni a. Chr. n. 160, post Iudam mortuum (I Macc. 9, 1—22).

Caussa igitur mortis apud utrumque scriptorem eadem est, annus ab Iosepho aperte confictus. Porro scriptori libri I. Macc. Iudas simplex exercitus dux est, pontifex Maximus Iosepho. Haec igitur si tenentur, certius de ipso foedere iudicium fieri potest. De quo scriptor libri I Macc. haec prodidit, cap. 9, 1 sqq.: καὶ ἤκουσεν Ἰούδας τὸ ὄνομα τῶν Ῥωμαίων ὅτι εἰσὶ δυνατοὶ ἰσχύι καὶ αὐτοὶ εὐδοκοῦσιν ἐν πᾶσι τοῖς προστιθεμένοις αὐτοῖς, καὶ ὅσοι ἂν προσέλθωσιν αὐτοῖς ἱστῶσιν αὐτοῖς φιλίαν, 2. καὶ ὅτι εἰσὶ δυνατοὶ ἰσχύι. καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τοὺς πολέμους αὐτῶν καὶ τὰς ἀνδραγαθίας ἃς ποιοῦσιν ἐν τοῖς Γαλάταις, καὶ ὅτι κατεκράτησαν αὐτῶν καὶ ἤγαγον αὐτοὺς ὑπὸ φόρον . . . . . 12. μετὰ δὲ τῶν φίλων αὐτῶν καὶ τῶν ἐπαναπαυομένων αὐτοῖς συνετήρησαν φιλίαν καὶ κατεκράτησαν τῶν βασιλειῶν τῶν ἐγγὺς καὶ τῶν μακράν, καὶ ὅσοι ἤκουον τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐφοβοῦντο ἀπ' αὐτῶν. 13. ὅσοις δ' ἂν βούλωνται βοηθεῖν καὶ βασιλεύειν, βασιλεύουσιν· οὓς δ'ἂν

---

[1]) Unus, quod sciam, Geigerus l. s. d. p. 229 etiam alterum Macc. librum Iosepho notum usuique fuisse dixit. Ceterum non sine ratione aliqua Lewitzius 'de Flavii Iosephi fide atque auctoritate' (progr. Regiom. 1857) p. 4 adn. 1 videri sibi Iosephum etiam res a Maccabaeis contra Seleucidarum reges gestas seorsum singulari opere scripsisse significavit.

βούλωνται μεθιστῶσι, καὶ ὑψώθησαν σφόδρα 14. καὶ ἐν πᾶσι τούτοιϲ οὐκ ἐπέθετο οὐδεὶϲ αὐτῶν διάδημα, καὶ οὐ περιεβάλοντο πορφύραν ὥστε ἁδρυνθῆναι ἐν αὐτῇ. καὶ βουλευτήριον ἐποίησαν ἑαυτοῖϲ, καὶ καθ' ἡμέραν ἐβουλεύοντο τριάκοσιοι καὶ εἴκοσι βουλευόμενοι διὰ παντὸϲ περὶ τοῦ πλήθουϲ τοῦ εὐκοσμεῖν αὐτούϲ. 16. καὶ πιστεύουσιν ἑνὶ ἀνθρώπῳ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατ' ἐνιαυτὸν καὶ κυριεύειν πάσηϲ τῆϲ γῆϲ αὐτῶν, καὶ πάντεϲ ἀκούουσι τοῦ ἑνόϲ, καὶ οὐκ ἔστι φθόνοϲ οὐδὲ ζῆλοϲ ἐν αὐτοῖϲ.

	Ios. A. I. XII 10, 6 Bekk.	Vetusta translatio Latina Vindel. 1470.
17. καὶ ἐπέλεξεν Ἰούδαϲ τὸν Εὐπόλεμον υἱὸν Ἰωάννου τοῦ Ἀκκὼϲ καὶ Ἰάσονα υἱὸν Ἐλεαζάρου καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺϲ εἰϲ Ῥώμην στῆσαι αὐτοῖϲ φιλίαν καὶ συμμαχίαν, 18. καὶ τοῦ ἆραι τὸν ζυγὸν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι ἴδον τὴν βασιλείαν τῶν Ἑλλήνων καταδουλουμένουϲ τὸν Ἰσραὴλ δουλεῖαν.	πέμψαϲ οὖν εἰϲ τὴν Ῥώμην τῶν αὐτοῦ φίλων Εὐπόλεμον τὸν Ἰωάννου υἱὸν καὶ Ἰάσονα τὸν Ἐλεαζάρου, παρεκάλει δι' αὐτῶν συμμάχουϲ εἶναι καὶ φίλουϲ, καὶ Δημητρίῳ γράψαι ὅπωϲ μὴ πολεμῇ τοῖϲ Ἰουδαίοιϲ.	Mittens romam amicos suos eupolemum filium iohannis et iasonem eleazari rogabatque per eos romanos auxiliatores sibi et amicos esse et demetrio scribere quatenus non confligeret cum iudeis.
19. καὶ ἐπορεύθησαν εἰϲ Ῥώμην, καὶ ἡ ὁδὸϲ πολλὴ σφόδρα, καὶ εἰσῆλθον εἰϲ τὸ βουλευτήριον καὶ ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον· 20. Ἰούδαϲ ὁ Μακκαβαῖοϲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ τὸ πλῆθοϲ τῶν Ἰουδαίων ἀπέστειλαν ἡμᾶϲ πρὸϲ ὑμᾶϲ στῆσαι μεθ' ὑμῶν συμμαχίαν καὶ εἰρήνην, καὶ γραφῆναι ἡμᾶϲ συμμάχουϲ καὶ φίλουϲ ὑμῶν. 21. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγοϲ ἐνώπιον αὐτῶν.	ἐλθόνταϲ δὲ εἰϲ τὴν Ῥώμην τοὺϲ παρὰ τοῦ Ἰούδα πρεσβευτὰϲ ἡ σύγκλητοϲ δέχεται, καὶ διαλεχθεῖσα περὶ ὧν ἐπέμφθησαν τὴν συμμαχίαν ἐπινεύει. ποιήσασα δὲ περὶ τούτου δόγμα τὸ μὲν ἀντίγραφον εἰϲ τὴν Ἰουδαίαν ἀπέστειλεν, αὐτὸ δ' εἰϲ τὸ Καπιτώλιον εἰϲ χαλκᾶϲ ἐγγράψαντεϲ δέλτουϲ ἀνέθεσαν. ἦν δὲ τοιοῦτον.	Cunque venissent romam legati iude senatus eos libenter excepit et ea que petierunt celeriter annuit. Faciens ergo ob hoc senatus consultum exemplum quidem ad iudeam transmisit· ipsum vero tabulis ereis scriptum in capitolio collocavit. Erat autem huiusmodi senatus consultum· de auxiliis et de fide circa gentem iudeorum. ‖

22. καὶ τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς ἧς ἀντέγραψεν ἐπὶ δέλτοις χαλκαῖς καὶ ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ εἶναι παρ' αὐτοῖς ἐκεῖ μνημόσυνον εἰρήνης καὶ συμμαχίας. 23. Καλῶς γένοιτο Ῥωμαίοις καὶ τῷ ἔθνει Ἰουδαίων ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ῥομφαία καὶ ἐχθρὸς μακρυνθείη ἀπ' αὐτῶν. 24. ἐὰν δὲ ἐνστῇ πόλεμος ἐν Ῥώμῃ προτέρᾳ ἢ πᾶσι τοῖς συμμάχοις αὐτῶν ἐν πάσῃ κυρείᾳ αὐτῶν, 25. συμμαχήσει τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων, ὡς ἂν ὁ καιρὸς ὑπογραφῇ αὐτοῖς καρδίᾳ πλήρει· 26. καὶ τοῖς πολεμοῦσιν οὐ δώσουσιν οὐδὲ ἐπαρκέσουσι σῖτον, ὅπλα, ἀργύριον, πλοῖα, ὡς ἔδοξε Ῥωμαίοις· καὶ φυλάξονται τὰ φυλάγματα αὐτῶν οὐθὲν

"δόγμα συγκλήτου περὶ συμμαχίας καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων. μηδένα τῶν ὑποτεταγμένων Ῥωμαίοις πολεμεῖν τῷ τῶν Ἰουδαίων ἔθνει, μηδὲ τοῖς πολεμοῦσι χορηγεῖν ἢ σῖτον ἢ πλοῖα ἢ χρήματα. ἐὰν δὲ ἐπίωσί τινες Ἰουδαίοις, βοηθεῖν Ῥωμαίους αὐτοῖς κατὰ τὸ δυνατόν, καὶ πάλιν, ἂν τῇ Ῥωμαίων ἐπίωσί τινες, Ἰουδαίους αὐτοῖς συμμαχεῖν.

Neminem subiectorum romanis debellare contra gentem permittimus iudeorum· nec alicui bellanti prebendum auxilium censemus triticum aut naves aut pecunias· et si quis contra iudeos putaverit esse bellandum sciat eis nos auxilia prestaturos· et rursus si romanorum quilibet invaserit terram iudeos eis omnibus modis obstaturos.

Codicum Vossiani et Leidensis scripturae discrepantia gravior.

1. δόγμα — Ἰουδαίων deest in V., at ead. m. in marg. adscripsit. — 5. μηδὲν αὐτῶν L. — 8. τῶν in utroque deest. — 13. ἐπιβῶσι uterque. — 17. ἄν τινι uterque. — 18. ἐπιβῶσι uterque. —

λαβόντες. 27. κατὰ
τὰ αὐτὰ δὲ ἐὰν ἔθνει
Ἰουδαίων συμβῇ
προτέροις πόλεμος,
συμμαχήσουσιν οἱ
Ῥωμαῖοι ἐκ ψυχῆς,
ὡς ἂν αὐτοῖς ὁ και-
ρὸς ὑπογραφῇ·
28. καὶ τοῖς συμμα-
χοῦσιν οὐ δοθήσε-
ται σῖτος, ὅπλα, ἀρ-
γύριον, πλοῖα, ὡς
ἔδοξε Ῥώμῃ· καὶ
φυλάξονται τὰ φυ-
λάγματα αὐτῶν καὶ
οὐ μετὰ δόλου.
29. κατὰ τοὺς λό-
γους τούτους ἔστη-
σαν Ῥωμαῖοι τῷ
δήμῳ τῶν Ἰουδαίων.
30. ἐὰν δὲ μετὰ τοὺς
λόγους τούτους
βουλεύσωνται οὗ-
τοι καὶ οὗτοι προσ-
θεῖναι ἢ ἀφελεῖν,
ποιήσονται ἐξ αἱρέ-
σεως αὐτῶν, καὶ ὃ
ἐὰν προσθῶσιν ἢ
ἀφέλωσιν ἔσται κύ-
ρια. 31. [καὶ περὶ τῶν
κακῶν ὧν ὁ βασιλεὺς
Δημήτριος συντελεῖται
εἰς αὐτοὺς ἐγράψαμεν
αὐτῷ λέγοντες Διὰ τί
ἐβάρυνας τὸν ζυγόν

ἂν δέ τι πρὸς ταύτην
τὴν συμμαχίαν θελή-
σῃ τὸ τῶν Ἰουδαίων
ἔθνος ἢ προσθεῖναι
ἢ ἀφελεῖν, τοῦτο
κοινῇ γενέσθαι
γνώμῃ τοῦ δήμου
τῶν Ῥωμαίων· ὃ
δ' ἂν προστεθῇ,
τοῦτ' εἶναι κύριον.
ἐγράφη τὸ δόγμα
ὑπὸ Εὐπολέμου τοῦ
Ἰωάννου παιδὸς καὶ
ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ
Ἐλεαζάρου. ἐπὶ

Et si quid de hoc
pacto gens iudeorum
voluerit vel addere vel
auferre communi sen-
tentia populi romani
faciendum esse con-
venit. Scriptum est
autem hoc senatus con-
sultum per eupolemum
iohannis filium et ia-
sonem eleazari sub
principe sacerdotum
iuda duce symone fra-
tre ipsius. ||

1. ἐάν uterque. — της inductum et supraser. ι a m. 1. L. — 4. προσθῆναι V. — 6 γινέσθω V. γίγνεσθαι L. — 8. τοῦ Ῥωμαίων L. — 13. καὶ deest in V. — 14. Ἰάσωνος uterque.

σου ἐπὶ τοὺς φίλους ἡμῶν τοὺς συμμάχους Ἰουδαίους; 32. ἐὰν οὖν ἔτι ἐντύχωσι κατὰ σοῦ, ποιήσομεν αὐτοῖς τὴν κρίσιν, καὶ πολεμήσομέν σε διὰ τῆς θαλάσσης καὶ τῆς ξηρᾶς].	ἀρχιερέως μὲν τοῦ ἔθνους Ἰούδα, στρατηγοῦ δὲ Σίμωνος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ."

Haec igitur a scriptore l. I Macc. et Iosepho ita tradita ut recte iudicentur, a ratione quae inter utrumque scriptorem intercedat, progrediendum esse satis adparet. Quae comparatio certissime docet de suo ab Iosepho adiectum esse nihil nisi exordium: δόγμα — Ἰουδαίων a codicis Vossiani scriptore recte in marginem relegatum et clausulam: ἐγράφη — αὐτοῦ sat infeliciter excogitatam. Etenim ut in hac paullisper moremur, triplicis ea fraudis manifesta refert vestigia. Praeterquam enim quod Iudam pontificatu numquam functum esse supra vidimus, plane inepta est vivo Iuda Simonis στρατηγοῦ memoria. Quid enim planius Mattathiae moribundi hisce (I Macc. 2, 65): καὶ ἰδοὺ Συμεὼν ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, οἶδα ὅτι ἀνὴρ βουλῆς ἐστίν, αὐτοῦ ἀκούετε πάσας τὰς ἡμέρας, αὐτὸς ὑμῖν ἔσται εἰς πατέρα. 66. καὶ Ἰούδας Μακκαβαῖος ἰσχυρὸς δυνάμει ἐκ νεότητος αὐτοῦ, οὗτος ὑμῖν ἔσται ἄρχων στρατιᾶς καὶ πολεμήσει πόλεμον λαῶν coll. Ios. XII 6, 3: καὶ Σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν συνέσει προύχοντα πατέρα ἡγεῖσθε, καὶ οἷς ἂν οὗτος συμβουλεύῃ πείθεσθε· Μακκαβαῖον δὲ τῆς στρατιᾶς δι' ἀνδρείαν καὶ ἰσχὺν στρατηγὸν ἕξετε· τὸ γὰρ ἔθνος οὗτος ἐκδικήσει καὶ ἀμυνεῖται τοὺς πολεμίους. Ne multa, fictus hic στρατηγίας honor ad eorum temporum similitudinem est, quibus Ionathan fuit pontifex et Simon, frater eius, στρατηγὸς ab Antiocho VI constitutus (I Macc. 11, 59: καὶ Σίμωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατέστησε στρατηγὸν ἀπὸ τῆς κλίμακος Τύρου ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου, cf. Ios. XIII 5, 4.). Quippe honoris is erat titulus, quo summus exercitus provinciae alicuius dux a regibus Syriae condecorari solebat, (cf. Starkius 'Gaza' p. 461 sqq.), sicuti ipsi Ionathani antea Alexander Balas

concesserat, (I Macc. 10, 65: καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς καὶ ἔγραψεν αὐτὸν τῶν πρώτων φίλων καὶ ἔθετο αὐτὸν στρατηγὸν καὶ μεριδάρχην), cum ab Iudaeis statim post Iudae mortem στρατηγὸς ἀποδείκνυται (Ios. XIII 1, 1). Denique in priore clausulae parte confingenda (ἐγράφη τὸ δόγμα ὑπὸ Εὐπολέμου τοῦ Ἰωάννου παιδὸς καὶ ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Ἐλεαζάρου) Iosepho is Romanorum mos in mente fuisse videtur, quo legatorum externae civitatis nomina in imo Scto perscribi solebant, cf. XIV 10, 10: οἱ δὲ πρεσβεύοντες παρ' Ὑρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως ἦσαν οὗτοι, Λυσίμαχος Παυσανίου κτέ. Ut ἐγράφη illud inficetissime adiectum sit, quasi ipsi Iudaeorum legati Scti perscribendi laborem in se receperint.

Iam igitur eiectis istis Iosephi interpolamentis[1]) cetera ad unius scriptoris l. I Macc. verba ab illo esse conformata, emendata[2]), breviata patet[3]).

Quod ipsum collocationis quoque congruentia confirmatur, cum ex utriusque scriptoris mente legatio illa ab Iuda missa sit sive exeunte a. aer. Sel. 151 sive ineunte 152 regnante Demetrio, quamquam Iudas ipse eventum non vidit. Quanta autem Iosephi in compilando uno l. I. Macc. scriptore fuerit caecitas ac quam non in hac quidem Archaeologiae parte alios auctores habuerit, luculentissimum documentum ipse servavit B. i. I 1, 4: ὁ δέ (οὐδὲ γὰρ ἠρεμήσειν Ἀντίοχον ὑπελάμβανε) τάς τε ἐπιχωρίους συνεκρότει

---

[1]) Consimilem plane fraudem Iosephus commisit in Arei, Spartiatarum regis, ad Oniam, Iudaeorum pontificem epistula, A. XII 4, 10, ubi cum cetera omnia ad verba scriptoris l. I Macc. 12, 20 sq. conformaret, de suo addidit: Δημοτέλης ὁ φέρων τὰ γράμματα διαπέμπει τὰς ἐπιστολάς. τὰ γεγραμμένα ἐστὶ τετράγωνα, ἡ σφραγίς ἐστιν ἀετὸς δράκοντος ἐπειλημμένος, et quidem sat inepte: cf. Grimmius ad l. I Macc. p. 187.

[2]) Nolo sane post interpretes ridiculos errores primo capite octavo coacervatos exagitare, praesertim cum Iosephus ipse plurimos tacite emendarit aut silentio praeterierit. Id vero ad meam rem magis pertinet, quod libris ex Froelichii et Wernsdorfiorum controversia natis (cf. Grimmius prooem. l. I Macc. p. XV) uti mihi licuit ceteris omnibus, non licuit Gottliebii Wernsdorfii 'commentatione hist.-crit. de fide libror. Maccab.' ed. Vratislav. 1743.

[3]) Recte igitur Eggerus 'études historiques sur les traités publics chez les Grecs et chez les Romains (Parisiis 1866 p. 155 adn. 7) omnino distinguit 'deux textes différents, l'un plus original, à ce qu' il semble dans le livre des Macchabées, l'autre plus élégant et plus arrangé, dans Iosèphe.'

δυνάμεις, καὶ πρὸς Ῥωμαίους πρῶτος ἐποιήσατο φιλίαν, καὶ τὸν Ἐπιφανῆ πάλιν εἰς τὴν χώραν εἰσβαλόντα μετὰ καρτερᾶς πληγῆς ἀνέστειλεν, ut Epiphanis temporibus foedus illud, si dis placet, sit compositum. Quamquam haec verba parum fidei habent, cum 'in initio huius operis Iosephus (quod in prooemio videtur innuere) gestarum rerum compendia neglecto ordine sectetur' (v. Aldrichius in Cardwelli belli Iudaici editione Oxoniensi 1837, I p. 402), omneque illud prooemium ante Antiquitates scriptum cuiusvis generis peccatis mirum quantum scateat (cf. Freudenthalius l. s. s. p. 87 sqq.).

Quodsi iam manet omnem illius sive ἐπιστολῆς sive δόγματος fidem pendere ex scriptoris libri I Macc. testimonio, fraudulenter utique Iosephus verba sua ita conformavit, quasi ipse Sctum legitimis formulis conceptum publiceque, uti mos Romanorum erat, in ahenea tabula in Capitolio propositum[1]) suis oculis vidisset. (ποιήσασα δὲ περὶ τούτου δόγμα τὸ μὲν ἀντίγραφον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπέστειλεν, αὐτὸ δ' εἰς τὸ Καπιτώλιον εἰς χαλκᾶς ἐγγράψαντες δέλτους ἀνέθεσαν. ἦν δὲ τοιοῦτον.). Quid enim obstabat, ne, ut in genuinis Sctis fecit, integra verba transscriberet? At, inquiunt, 'Iosephus non ipsas decreti formulas, quibus conceptum erat, attulit, sed tantum eius sensum praecipuaque capita' (v. Krebsius 'decr. Roman.' Lips. 1768 p. 15). Sane videtur hoc aliquid esse, cum ne cetera quidem Scta et ab Iosepho et ab aliis scriptoribus relata legitimas formulas omnes referant[2]). Verum enim vero nullum, quod sciam, reperietur, in quo non sit notatum sive nomen eius, qui senatum consuluerit, sive locus, quo senatus convenerit, sive dies, quo res acta sit. Ut αὐτοψία credi omnino non possit.

Hinc igitur ut ad scriptorem libri I Macc. revertamur, quaerendum ante omnia videtur, unde is sua hauserit. Quae difficillima quaestio est. Nam nec de translationis (v. infra) Graecae tempore quicquam constat[3]) nec explorari iam posse

---

[1]) Cf. Mommsenus ann. dell' instit. arch. 1858 p. 198 sq., cuius disputationis epitomen postea proposuit in C. I. L. I p. 112.

[2]) Recte de hac re iudicavit Aem. Huebnerus in Fleckeiseni annal. supplem. III p. 572 sqq.

[3]) Qui nuperrime de hac dixit, Carolus Ehrtius 'Abfassungszeit und Abschluss des Psalters zur Prüfung der Frage nach Makkabäerpsalmen

suam sententiam per litteras a legatis deferendas cum illis communicare potuit, quae indefinite admodum conceptae a scriptore l. I M. ita conformatae sunt, ut nunc sane φιλίαν καὶ συμμαχίαν innuant, cum primitus nihil spectarent nisi simplicem φιλίαν. Plane vero mittendus est Eusebius II p. 243 Auch., II p. 126 Sch., et ipse sua ex Iosepho mutuatus.

Quodsi Iudas speraverat populum suum a Romanis satis auxilii habiturum, Iudaei de ea spe mox deiecti sunt[1]). Bacchides enim cum Alcimo a Demetrio denuo missus Iudam fortissime pugnantem occidit, Iudaeos crudeliter vexat, Ionatham ducem belli ab illis constitutum trans Iordanum repellit, denique multa oppida munitionibus praesidiisque firmat. Regressus deinde in Syriam revocatur duobus annis post ab Ionathae adversariis, at tum frustra omnia molitus tandem cum illo paciscitur.

Meliora inde insecuta sunt tempora, cum Ionathan Alexandro Bala, qui Antiochi Epiphanis filius ferebatur, contra Demetrium a finitimis regibus subornato, summis ab utroque praemiis ad societatem belli invitatus illius partes sequeretur, pontificatu ornaretur, occisoque Demetrio omnis generis honoribus ab Alexandro adficeretur. Nec deterior eius sub Demetrio II, Demetrii I f., Deo, Philadelpho, Nicatore, qui Ptolemaei Philometoris auxilio Balam anno aer. Sel. 167 regno privarat, condicio erat, cum et pontificatus et nonnulli alii honores iam a Demetrio I oblati confirmarentur. Paullo post, Antiocho VI, Balae f., a Diodoto

---

selbstaendig sind.' Penes senatum igitur cum esset, utrum Iudaeos sui iuris esse credere vellet necne, amicitia, non foedere quod illi propter Romanorum aversum a Demetrio animum (Polyb. XXXI, 12, 20; XXXII, 4, 6; 7.) fortasse speraverant, concessa nec liberos eos tum quidem sibi videri satis significavit et in posterum aliter decernendi potestatem sibi reservavit. Simplex autem amicitia defendendi necessitatem non habebat, cf. v. c. Appian. Celt. 13: ἐποιοῦντο οἱ Ῥωμαῖοι ξένους, οἷς ἐδίδοσαν μὲν εἶναι φίλους, ἀνάγκη δ' οὐκ ἐπῆν ὡς φίλοις ἐπαμύνειν.

[1]) Omnino Maccabaeis vitio postea datum est, quod Romanorum amicitiam appetiissent: cf. Hausrathius 'neutestamentl. Zeitgesch.' vol. I ed. I (Heidelbergae 1868) p. 164. Ad Iudaeorum autem de Romanis opinationes illustrandas adprime accommodati sunt versus Sibyllini III 175 sqq., utpote qui paullo post annum a. Chr. n. 170 conscripti videantur: cf. Alexandre orac. Sibyll. vol. II (Parisiis 1856) p. 615 sqq. et Friedliebius prooem. ed. Lips. (1852) p. XXIX.

Tryphone ex Arabia protracto Ionathan a Demetrio, ut ex arce Hierosolymitana ceterisque castellis praesidia deduceret, precatus, postquam praesentem regis ab Antiochenis obsessi calamitatem primum sublevare iussus est, mandati cum fide effecti adeo gratiam nullam a Demetrio iniit, ut nec promissum ullum ratum esset et ipse insuper contumeliose ab illo tractaretur. Iusta igitur ira commotus Antiochi caussae favet, confirmato pontificatu Coelesyriae urbes Antiocho conciliat, denique Demetrii duces in Asor planitie in fugam vertit, Bethsura a Simone fratre interim expugnata praesidioque Iudaico firmata.

Inde Hierosolyma reversus (I Macc. 12, 1) εἶδεν Ἰωνάθαν ὅτι ὁ καιρὸς αὐτῷ συνεργεῖ, καὶ ἐπέλεξεν ἄνδρας καὶ ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην στῆσαι καὶ ἀνανεώσασθαι τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν. 2. καὶ πρὸς Σπαρτιάτας καὶ τόπους ἑτέρους ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς κατὰ τὰ αὐτά. 3. καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Ῥώμην καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ εἶπον· Ἰωνάθαν ὁ ἀρχιερεὺς καὶ τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων ἀπέστειλεν ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι τὴν φιλίαν αὐτοῖς καὶ τὴν συμμαχίαν κατὰ τὸ πρότερον. 4. καὶ ἔδωκαν ἐπιστολὰς αὐτοῖς πρὸς αὐτοὺς κατὰ τόπον, ὅπως προπέμπωσιν αὐτοὺς εἰς γῆν Ἰούδα μετ' εἰρήνης. Quae sic conformavit Iosephus XIII 5, 8: ὁρῶν δ' ὅτι πάντ' αὐτῷ κατὰ νοῦν προνοίᾳ θεοῦ χωρεῖ, πρὸς Ῥωμαίους πρεσβευτὰς ἀπέστειλεν ἀνανεώσασθαι βουλόμενος τὴν γενομένην τῷ ἔθνει πρὸς αὐτοὺς ἔμπροσθεν φιλίαν. τοῖς δ' αὐτοῖς (ita recte cod. L., vulgo αὐτοῦ) πρεσβευταῖς ἐπέστειλεν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀναστρέφουσι πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας ἀφικέσθαι καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ὑπομνῆσαι φιλίαν καὶ συγγένειαν. οἱ δὲ ὡς ἦλθον εἰς τὴν Ῥώμην, παρελθόντες εἰς τὴν βουλὴν αὐτῶν καὶ τὰ παρὰ Ἰωνάθου τοῦ ἀρχιερέως εἰπόντες, ὡς πέμψειεν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῆς συμμαχίας βεβαίωσιν, τῆς βουλῆς ἐπικυρωσάσης τὰ πρότερον αὐτῇ περὶ τῆς Ἰουδαίων φιλίας ἐγνωσμένα, καὶ δούσης ἐπιστολὰς πρὸς ἅπαντας τοὺς βασιλεῖς τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ τῶν πόλεων ἄρχοντας αὐτοῖς κομίζειν, ὅπως ἀσφαλοῦς τῆς εἰς τὴν οἰκείαν κομιδῆς δι' αὐτῶν τύχωσιν, ἀναστρέφοντες εἰς τὴν Σπάρτην παρεγένοντο, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἃς ἔλαβον παρὰ Ἰωνάθου αὐτοῖς ἀπέδοσαν κτέ.

Duplicem igitur hanc legationem obiisse dicuntur I M.

12, 16 Numenius Antiochi f. et Antipater Iasonis f., quaerendumque iam et de tempore et de fide. Quod utrumque ex libro I Macc. eruendum esse statim adparet, cum Iosephus fidelissime illi verbis tenus adhaeserit. Quo gratius accidit eiusdem Iosephi testimonium hoce ante Antiquitates scriptum in B. i. I 2, 1: διαδεξάμενος δὲ τοῦτον (Ἰούδαν) ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης τά τε ἄλλα πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους διὰ φυλακῆς ἦγεν ἑαυτόν, καὶ τῇ πρὸς Ῥωμαίους φιλίᾳ τὴν ἀρχὴν ἐκρατύνατο, πρός τε τὸν Ἀντίοχον παῖδα διαλλαγὰς ἐποιήσατο, ubi ne articuli quidem vis (τῇ φιλίᾳ) neglegenda videtur. Ut Romana quidem legatio quamvis breviter sineque ulla temporis significatione memorata et hoc Iosephi et illo scriptoris l. I Macc. testimonio aliquantum firmetur.

Quodsi iam ipsam rerum seriem ac decursum sequimur, ut legationem illam anno aer. Sel. 168 i. e. anno a. Chr. n. inde a Martio m. 145—144 tribuamus, adeo omnia suadere videntur, ut operosa demonstratione supersedere possimus. Fuit autem, ut vidimus, admodum splendida illo quidem tempore Ionathae condicio, utpote qui et novo Syriae regi gratus acceptusque esset et suo populo carissimus. Porro Iudae, qui Romani commercii primus auctor fuerat, non solum par ille, sed adiuncto pontificatu eoque a Syrorum rege confirmato sine dubio maior. Ut dubitatione omni vacet, quod Iudae licuerit, id non minus legitimo eius successori licuisse. Quid igitur obstiterit, quin reapse Ionathan Romam miserit, qui fidelem suum atque amicum erga p. R. animum declararent, haud facile, credo, dixeris. Nimirum aequum foedus renovari non potuit, quippe quod omnino nondum factum esset.

Benigne igitur senatus legatos Iudaeorum excepit benigneque dimisit litteris insuper itineris securitatem praestantibus de more datis.

Quae ita accidisse id quoque documento est, quod reges Syriae promissa illa Ionathae data non magis curabant quam quae Iudas impetraverat. Contra simulac Simoni, ut mox demonstrabitur, aequum foedus a senatu concessum est, tota res subito commutatur. Cavent reges Syriae, ne nimis illos laedant nec victis nimis dura imperant; que-

runtur Iudaei apud Romanos iniuriasque παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα factas ostendunt (Ios. XIII 9, 2). Denique ex ipso Scto in Simonis gratiam facto tum demum senatum φιλίαν καὶ χάριτας πρὸς αὐτοὺς συνθέσθαι patet, accepto clipeo συμβόλῳ τῆς συμμαχίας. Quodsi ibi legati venisse dicuntur ἀνανεούμενοι τὰς προϋπηργμένας πρὸς Ῥωμαίους χάριτας καὶ τὴν φιλίαν, id ipsum nostram de Iuda et Ionatha sententiam magno opere confirmat. Quippe Simonis demum temporibus Iudaei sui iuris facti erant.

Quodsi in amicitiae illius renovatione, quae sane Scto non indigebat, tam breves sunt scriptor l. I Macc. fidelisque assecla Iosephus, iustissimam illa ipsa brevitas et excusationem habet et magnam, nisi fallor, toti rei fidem facit. Quam ipsam etiam Numenii legati nomen auget, ut qui quinque fere annis post a Simone item Romam missus dicatur, notus scilicet senatui.

Quae omnia cum ita se habeant, vix, opinor, Graetzio (l. s. d. p. 502 sqq.) credemus etiam Ionathae cum Romanis commercium plane abolenti, maxime propter fabulosam illam ficticiamque Spartanam legationem, quam a Romana divelli posse negavit. In quo tamen ille haud dubie lapsus est. Nolo equidem hominum doctorum de ista Iudaeorum et Spartiatarum cognatione atque commercio sententias hoc loco repetere atque examinare[1]), cum vix quisquam de cognatione hodie serio cogitet: at inde nihil ad utramque legationem consequitur.

Quamquam ne ego quidem alteri legationi multum fidei haberi velim, cum epistula quidem ab Ionatha Spartam missa plane insulsa sit alienaque ab illorum temporum condicione. Sit igitur altera narrationis pars ficticia: num ideo etiam Romana legatio et aliunde firmata et per se neu-

[1]) Ut pauca saltem commemorem, sobriae admodum cognituque dignae Palmeri 'de epistolarum, quas Spartani atque Iudaei invicem sibi misisse dicuntur, veritate' (Darmstadii 1828) et Grimmii (p. 187 sq.), sunt disputationes, quam laudem non item tribuerim Geigero l. s. d. p. 208. Plane autem incredibilia molitus est Hitzigius 'Zeitschr. d. deutschen morgenl. Ges.' t. IX p. 731—737, Lyciorum nescio quam Spartam commentus, cuius nondum eum poenituit in Hist. pop. Iud. p. 345 sq. Alia quaedam v. apud I. G. Muellerum 'die Semiten' (Gothae 1872) p. 101.

tiquam incredibilis, ipsa quoque in hoc suspitionis consortium vocanda est? Quid enim? cum de vera legatione tam pauca rerumque condicioni tam accommodata, de ficticia tam multa ipsaeque adeo litterae publicae referantur, nonne id ipsum indicio est genuinam esse tenuem illam paeneque oblitteratam memoriam, suppositiciam alteram omni fabellarum genere exornatam?

Iam Ionathan, si scriptorem l. I Macc. sequimur, missis legatis illis multas praeclarasque res gessit cum Demetrii ducibus belligerans. Interea Simon frater (I Macc. 12, 33) ἐξῆλθε καὶ διώδευσεν ἕως Ἀσκάλωνος καὶ τῶν πλησίον ὀχυρωμάτων, καὶ ἐξέκλινεν εἰς Ἰόπην[1]) καὶ προκατελάβετο αὐτήν. 34. ἤκουσε γὰρ ὅτι βούλονται τὸ ὀχύρωμα παραδοῦναι τοῖς παρὰ Δημητρίου, καὶ ἔθετο ἐκεῖ φρουρὰν ὅπως φυλάσσωσιν αὐτήν[2]), cf. Ios. XIII 5, 10. Reversus deinde Ionathan vs. 35: ἐξεκκλησίασε τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ καὶ ἐβουλεύσατο μετ' αὐτῶν τοῦ οἰκοδομῆσαι ὀχυρώματα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, 36. καὶ προσυψῶσαι τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ καὶ ὑψῶσαι ὕψος μέγα ἀνὰ μέσον τῆς ἄκρας καὶ τῆς πόλεως εἰς τὸ διαχωρίζειν αὐτὴν τῆς πόλεως, ἵνα ᾖ αὕτη κατὰ μόνας, ὅπως μήτε ἀγοράζωσι μήτε πωλῶσι κτέ., quae vix immutata Iosephus transscripsit. At hinc incipit narrationis discrepantia maxima eaque non tam in rerum relatione quam in temporum totiusque dispo-

---

[1]) De nominis huius scriptura postquam ipse diu dubius haesi, nunc ita mihi videtur statuendum. Simplex π et ο ut scribatur, cum suadeant ex Graecis et lexicographi: Etymol. Gud. p. 280 (cf. Zonar. s. v.): Ἰόπη, δι' ἑνὸς π καὶ διὰ τοῦ ι, prae quo ineptam Suidae distinctionem: Ἰόπη ὄνομα κύριον. Ἰόππη δὲ ὄνομα τόπου merito explosit Bernhardyus I p. 1003, et poetae: Steph. Byz. s. v. Δῶρος:

Δῶρός τ' ἀγχίαλος τ' Ἰόπη προύχουσα θαλάσσης, (cf. Dionys. Perieg. 910), solum hoc certum est fundamentum, cui tuto insistere possis. Nam nec ex inscriptionum cuneatarum Assyriarum Yaappu (v. Schraderus 'die Keilinschrr. u. d. alte Test.' (Gissae 1872) p. 79 nec ex Phoenicum יפי in Eshmunazaris titulo sepulcrali VIII 1, ad quem uberius de nomine commentatus est Schlottmannus 'die Inschrift Eshmunazars Koenigs der Sidonier' (Halis 1868) p. 150 sqq., nec ex Syrorum Ioopi (Iuupi) nec ex Hebraeorum יָפוֹ vel יָפוֹא certi quicquam effici potest, itemque omni ratione destitutum est LXX interpretum Ἰώππη, pro quo Ἰώπη saltem exspectabas. Ut omni ex parte Moversio adstipulandum videatur unam Ἰόπη scripturam veram esse censenti Phoenicum vol. II, 2 p. 176 adn. 73, probatam eam etiam Fritzschio in Schenkelii lexico biblico t. III p. 376.

[2]) Mirum quod scriptor l. I Macc., qui captam a Ionatha iam multo ante Iopen memorarat 10, 76, cf. Ios. XIII 4, 4, de amissione nusquam verbum addidit.

sitionis ratione posita. Ad quam, qui neutrius scriptoris, sed veritatis sit studiosus, quam potest accuratissime attendat oportet, ne ab initio statim omnis quaerendi labor in cassum fiat. Scilicet hinc pendent primi Scti in Simonis gratiam facti tempora iudicatioque omnis commercii publici, quod Romanos inter et Iudaeos ad Caesarem usque obtinuit.

Incipiendum autem hic quoque videtur ab ea, quae in libro I Macc. est, narratione. Expositis igitur Ionathae et Simonis praeclare factis transitur vs. 39 ad Tryphonem, qui regnandi cupidine captus unum Ionatham impedimento sibi esse intellexerit, ne Antiocho puerulo sublato voti compos fieret. Dolo igitur pollicitationibusque — vi enim nihil contra Ionatham magno exercitu stipatum potuit — effecit, ut maxima copiarum parte dimissa ille cum mille militibus Ptolemaidem veniret, ubi statim comprehensus est comitibus omnibus interfectis. Quo audito cum Iudaei maximo timore perculsi essent, Simon fervida oratione animos eorum erigit bellique dux constituitur (13,1 sqq.). Interea Tryphon cum magno exercitu adventat Ionatham vinctum secum ducens, quem redimere Simon frustra conatus tamen, ne Hierosolyma Syri pervenirent, praecluso montium aditu prohibuit. Itaque Tryphon cum nihil perfici posse intellexisset, regressus est Ionatha inter viam ad Bascamam trucidato. Deinde vs. 31: ἐπορεύετο δόλῳ μετὰ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως τοῦ νεωτέρου καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν, 32. καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ καὶ περιέθετο διάδημα τῆς Ἀσίας καὶ ἐποίησε πληγὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς γῆς. Interim Simon castellis Iudaeae munitis cum Demetrio II legitimo rege Tryphonisque adversario acerrimo in gratiam redit, a quo omnium rerum immunitatem, simulque ut, quae antea concessa erant, rata essent, impetravit. Vs. 34: καὶ ἐπέλεξε Σίμων ἄνδρας καὶ ἀπέστειλε πρὸς Δημήτριον τὸν βασιλέα τοῦ ποιῆσαι ἄφεσιν τῇ χώρᾳ, ὅτι πᾶσαι αἱ πράξεις Τρύφωνος ἦσαν ἁρπαγαί. 35. καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ Δημήτριος ὁ βασιλεὺς κατὰ τοὺς λόγους τούτους καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ καὶ ἔγραψεν αὐτῷ ἐπιστολὴν τοιαύτην· 36. Βασιλεὺς Δημήτριος Σίμωνι ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ βασιλέων καὶ πρεσβυτέροις καὶ ἔθνει Ἰουδαίων χαίρειν. 37. τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν καὶ τὴν βαΐνην ἣν ἀπεστείλατε κεκομίσμεθα καὶ ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ

ποιεῖν ὑμῖν εἰρήνην μεγάλην καὶ γράφειν τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν τοῦ ἀφιέναι ὑμῖν ἀφέματα. 38. καὶ ὅσα ἐστήκαμεν πρὸς ὑμᾶς ἕστηκε καὶ τὰ ὀχυρώματα ἃ ᾠκοδομήκατε ὑπαρχέτω ὑμῖν. 39. ἀφίεμεν δὲ ἀγνοήματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ τὸν στέφανον ὃν ὠφείλετε, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐτελωνεῖτο ἐν Ἱερουσαλήμ, μηκέτι τελωνείσθω. 40. καὶ εἴ τινες ἐπιτήδειοι ὑμῶν γραφῆναι εἰς τοὺς περὶ ἡμᾶς, ἐγγραφέσθωσαν, καὶ γινέσθω ἀνὰ μέσον ἡμῶν εἰρήνη. — 41. ἔτους ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ i. e. ineunte fere anno a. Chr. n. 142 ἤρθη ὁ ζυγὸς τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τοῦ Ἰσραήλ. 42. καὶ ἤρξατο ὁ λαὸς Ἰσραὴλ γράφειν ἐν ταῖς συγγραφαῖς καὶ συναλλάγμασιν ἔτους πρώτου ἐπὶ Σίμωνος ἀρχιερέως μεγάλου καὶ στρατηγοῦ καὶ ἡγουμένου Ἰουδαίων. 43. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παρενέβαλε Σίμων ἐπὶ Γάζαρα (perperam codd. Γάζαν, v. Grimmius ad h. l. et Starkius l. s. d. p. 497 sqq.) ...... καὶ κατελάβετο ...... 49. οἱ δὲ ἐκ τῆς ἄκρας ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐκωλύοντο ἐκπορεύεσθαι καὶ εἰσπορεύεσθαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἀγοράζειν καὶ πωλεῖν καὶ ἐπείνασαν σφόδρα καὶ ἀπώλοντο ἐξ αὐτῶν ἱκανοὶ τῷ λιμῷ. 50. καὶ ἐβόησαν πρὸς Σίμωνα δεξιὰς λαβεῖν, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκεῖθεν καὶ ἐκαθάρισε τὴν ἄκραν ἀπὸ τῶν μιασμάτων. 51. καὶ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ δευτέρου μηνὸς ἔτους ἑνὸς καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ κτέ., i. e. Maio s. Iiar mense anni a. Chr. n. 142.[1]) Quae Simonis gesta cap. 14 excipit narratio de Demetrio a. aer. S. 142 a Parthis capto: 1. καὶ ἐν ἔτει δευτέρῳ καὶ ἑβδομηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ συνήγαγε Δημήτριος ὁ βασιλεὺς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ καὶ ἐπορεύθη εἰς Μηδείαν τοῦ ἐπισπάσασθαι βοήθειαν αὐτῷ ὅπως πολεμήσῃ τὸν Τρύφωνα. 2. καὶ ἤκουσεν Ἀρσάκης ὁ βασιλεὺς τῆς Περσίδος καὶ Μηδείας ὅτι ἦλθε Δημήτριος εἰς τὰ ὅρια αὐτοῦ καὶ ἀπέστειλεν ἕνα τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ συλλαβεῖν αὐτὸν ζῶντα. 3. καὶ ἐπορεύθη καὶ ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν Δημητρίου καὶ συνέλαβεν αὐτὸν καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς Ἀρσάκην, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν φυλακῇ. Quae verba quamvis obscure con-

---

[1]) Megillat Ta'anit II, 3: בעשרין ותלתא ביה (i. e. אייר) נפקו בני חקרא מירושלים i. e. 'vigesimo tertio die illius (mensis Iiar) exierunt filii arcis ex Hierosolymis.'

cepta rerumque veritati repugnantia expeditionis illius brevitatem tantam innuere videntur, ut ex ipsius scriptoris mente illum ipso anno aer. Sel. 142 captum crediderim.

Laetior interim Iudaeorum fortuna erat. Quippe Simon vs. 5. μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ ἔλαβε τὴν Ἰόππην εἰς λιμένα (i. e. cepit portumque ibi exstruxit) .... 6. καὶ ἐπλάτυνε τὰ ὅρια τῷ ἔθνει αὐτοῦ καὶ ἐκράτησε τῆς χώρας. 7. καὶ συνήγαγεν αἰχμαλωσίαν πολλὴν καὶ ἐκυρίευσε Γαζάρων καὶ Βαιθσούρων καὶ τῆς ἄκρας. Quam prosperam Iudaeae condicionem postquam uberius descripsit, scriptor vs. 16—23 ad legationem illam Romam Spartamque antea ab Ionatha missam redit, at verbis obscurissimis: 16. καὶ ἠκούσθη ἐν Ῥώμῃ ὅτι ἀπέθανεν Ἰωνάθαν καὶ ἕως Σπάρτης καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα. 17. ὡς δὲ ἤκουσαν ὅτι Σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ γέγονεν ἀντ' αὐτοῦ ἀρχιερεὺς καὶ ἐπικρατεῖ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων τῶν ἐν αὐτῇ, 18. ἔγραψαν πρὸς αὐτὸν δέλτοις χαλκαῖς τοῦ ἀνανεώσασθαι πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ τὴν συμμαχίαν ἣν ἔστησαν πρὸς Ἰούδαν καὶ Ἰωνάθαν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. 19 καὶ ἀνεγνώσθησαν ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας ἐν Ἱερουσαλὴμ κτέ., quae omnia tam aperte ficticia sunt, ut disceptatione omnino opus non sit. Multo vero graviora sunt, quae vs. 24 referuntur: μετὰ ταῦτα (i. e. ut videtur, post legatorum illorum reditum) ἀπέστειλε Σίμων τὸν Νουμήνιον εἰς Ῥώμην ἔχοντα ἀσπίδα χρυσῆν μεγάλην [ὁλκῆς] μνῶν χιλίων εἰς τὸ στῆσαι πρὸς αὐτοὺς τὴν συμμαχίαν.

Haec verba qui excipiunt versus 25—49, ei tam pleni sunt cuiusvis generis ineptiarum et tantopere repugnant cum omni historiae fidei tum prioribus eiusdem scriptoris narrationibus, ut procul dubio αὐτοσχεδίασμα quoddam pessime confictum cum Grimmio hic agnoscendum sit. Quapropter ad quintum decimum caput statim properamus: καὶ ἀπέστειλεν ὁ Ἀντίοχος υἱὸς Δημητρίου τοῦ βασιλέως ἐπιστολὰς ἀπὸ τῶν νήσων τῆς θαλάσσης Σίμωνι ἱερεῖ καὶ ἐθνάρχῃ τῶν Ἰουδαίων καὶ παντὶ τῷ ἔθνει. 2. καὶ ἦσαν περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον Βασιλεὺς Ἀντίοχος Σίμωνι ἱερεῖ μεγάλῳ καὶ ἐθνάρχῃ καὶ ἔθνει Ἰουδαίων χαίρειν. 3. ἐπειδὴ ἄνδρες λοιμοὶ κατεκράτησαν τῆς βασιλείας τῶν πατέρων ἡμῶν, βούλομαι δὲ ἀντιποιήσασθαι τῆς βασιλείας ὅπως ἀποκαταστήσω αὐτὴν ὡς ἦν πρό-

τερον, ἐξενολόγησα δὲ πλῆθος δυνάμεων καὶ κατεσκεύασα πλοῖα πολεμικά, 4. βούλομαι δὲ ἐκβῆναι κατὰ τὴν χώραν ὅπως μετέλθω τοὺς κατεφθαρκότας τὴν χώραν ἡμῶν καὶ τοὺς ἠρημωκότας πόλεις πολλὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ· 5. νῦν οὖν ἵστημί σοι πάντα τὰ ἀφαιρέματα ἃ ἀφῆκάν σοι οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς καὶ ὅσα ἄλλα δόματα ἀφῆκάν σοι. 6. καὶ ἐπέτρεψά σοι ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα τῇ χώρᾳ σου,[1]) 7. Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ τὰ ἅγια εἶναι ἐλεύθερα· καὶ πάντα τὰ ὅπλα ὅσα κατεσκεύασας καὶ τὰ ὀχυρώματα ἃ ᾠκοδόμησας ὧν κρατεῖς, μενέτω σοι· 8. καὶ πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν καὶ τὰ ἐσόμενα βασιλικὰ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀφιέσθω σοι. 9. ὡς δ' ἂν κρατήσωμεν τῆς βασιλείας ἡμῶν, δοξάσομεν σὲ καὶ τὸ ἔθνος σου καὶ τὸ ἱερὸν δόξῃ μεγάλῃ, ὥστε φανερὰν γενέσθαι τὴν δόξαν ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. — 10. ἔτους τετάρτου καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ[2]) ἐξῆλθεν Ἀντίοχος εἰς τὴν γῆν πατέρων αὐτοῦ κτέ. Ubi rem tam feliciter gessit, ut Tryphonem, a quo plerique desciverant, in Doram oppidum mox compelleret obsideretque. Eo autem ipso tempore, dum urbem obsidione cingit, vs. 15: ἦλθε Νουμήνιος καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ ἐκ Ῥώμης ἔχοντες ἐπιστολὰς τοῖς βασιλεῦσι καὶ ταῖς χώραις, quarum quidem litterarum Romani Simoni apographum miserunt.

Hic autem paullisper nobis subsistendum est, ne Iosephum plane omittere videamur. Duo tamen a legentibus teneri volumus: litteras illas a senatu datas esse nuntio de Demetrio capto nondum adlato (cf. vs. 22) innotuisseque Simoni Antiochoque, cum hic Doram obsidere vix coepisset, i. e. si probabiliter coniectandi licentia datur, medio fere anno a. Chr. n. 138, anno aer. Sel. 175 ex scriptoris l. I Macc. computo, a. 174 ex aera vulgari Syrorum.

---

[1]) Cf. Levy 'Geschichte der iuedischen Muenzen' (Vratisl. 1862) p. 38 sqq. et Madden 'history of jewish coinage' (Londini 1864) p. 40, qui tamen tempora perverse constituit.

[2]) Numquam his in rebus neglegendum est scriptorem l. I. Macc. aeram suam incipere a Nisane anni a. Chr. n. 312, ita ut sex mensibus praecurrat vulgarem. Iam cum nummi quoque Antiochi exhibeant annum ΔΟΡ (v. Froelichius annal. p. 79, Eckhelius d. n. t. III p. 236), i. e. ex Syrorum calculis inde ab Octobri mense anni a. Chr. n. 139—138, sane ego quoque annum 138 posuerim.

Iosephus igitur mira prorsus brevitate res a Simone gestas perstrinxisse primum dicendus est. Ita de legatione illa litterisque publicis a scriptore l. I Macc. relatis nihil ille habere videtur nisi exilia haece: (Σίμων) κρατήσας διὰ παντὸς τῶν πολεμίων ἐν εἰρήνῃ τὸν λοιπὸν διήγαγε χρόνον, ποιησάμενος καὶ αὐτὸς πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν (XIII 7,3). Quam eius brevitatem cum omnes merito mirati sint, nondum tamen harum rerum scrutatoribus curae fuit probabilis explicatio. Quae tamen certa, nisi fallor, peti potuit ex universa, quam in enarrandis illis temporibus scriptor sequitur, rerum dispositione. Ut igitur summam rei aperiamus, totius discrepantiae fons atque origo versatur in Demetrii temporibus perverse ab illo constitutis. Scilicet captum regem ponit post Ionathae Simonisque reditum, i. e. in anno a. Chr. n. 143 exeunte vel 142 ineunte; duobus contra annis post, ut supra vidimus, scriptor l. 1 Macc. Porro Tryphon ἐπειδὴ τὰ περὶ τὸν Δημήτριον ἔγνω τοιοῦτο λαβόντα τέλος, οὐκέτ' ἦν Ἀντιόχῳ βέβαιος, ἀλλ' ἐπεβούλευεν ὥστ' αὐτὸν ἀποκτείνας τὴν βασιλείαν αὐτὸς κατασχεῖν (XIII 6,1). Deinde narratur qua ille ratione Ionatham, Antiochi amicum, ut solus quippe πολέμου οὐκ ὄντος Ptolemaidem veniret, pellexerit. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Δημητρίου τὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον, ὃς καὶ Θεὸς ἐπεκλήθη, Τρύφων διέφθειρεν ἐπιτροπεύων αὐτοῦ, τέσσαρα βασιλεύσαντα ἔτη, regnumque ipse invadit Δημήτριον μὲν ὑπὸ Πάρθων αἰχμάλωτον γεγονέναι μηνύων, τὸν δ' ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀντίοχον παρελθόντα εἰς τὴν ἀρχὴν πολλὰ ποιήσειν αὐτοῖς κακά, τῆς ἀποστασίας ἀμυνόμενον (XIII 7,1); quae omnia ex Iosephi calculis anno a. Chr. n. 142 acciderunt. Regnavit autem Tryphon annos tres (XIII 7,2).

Haec igitur cum plane abhorreant a l. I. Macc., Iosephus in enarranda Tryphonis contra Simonem expeditione ad illum redit. At vero omittit iterum, quae de immunitatibus a Demetrio Simoni concessis referuntur 13,35 sqq., nimirum quod ex ipsius calculis captus iam a Parthis rex erat Tryphonque solus regnabat. Ergo cum ex alterius ratione Simon Numenium Romam miserit, postquam Iudaei anno aer. Sel. 170 libertatem a legitimo Syriae rege adepti

sunt, Iosephus de anno quidem consentit (XIII 6,6): Σίμων δὲ καταςταθεὶς ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους, τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχιερωσύνης ἔτει τῆς ὑπὸ Μακεδόσι δουλείας τὸν λαὸν ἠλευθέρωσεν, ὡς μηκέτι φόρους αὐτοῖς τελεῖν. ἡ δὲ ἐλευθερία καὶ τὸ ἀνείσφορον Ἰουδαίοις μετὰ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας, ἐξ οὗ χρόνου Σέλευκος ὁ νικάτωρ ἐπικληθεὶς κατέσχε Συρίαν, ὑπῆρξε, at plane aliter res nectit. Haec autem discrepantia unde nata est? Num omni ex parte fraudis inscientiaeque ille incusandus?

Quod ut liquido exploretur, recordandum est a scriptore l. I Macc. Antiochi necem poni post Ionatham quidem captum, at ante Demetrii expeditionem Parthicam, quam in a. aer. Sel. 172 collocavit. Diodorus autem, Appianus, Iustinus[1]) in eo cum Iosepho faciunt, quod necem Antiochi a Tryphone patratam post auditum de Demetrii infortunio nuntium, i. e. in anno a. Chr. n. 139 vel 138 ponunt, recte sine controversia, quippe tunc libero ab omni metu Tryphone.

Quae ita esse Iosephus cum intellexisset, quoniam ab altera utra parte peccandum erat, Demetrium captum praemisit, ceteroqui scriptorem l. I Macc. secutus.[2]) Quo tamen studio veritatis ex parte saltem servandae mox ita irretitus illaqueatusque est, ut non posset non plurima sciens praeter-

---

[1]) Diodor. ap. Muellerum F. H. G. II p. XIX sqq. (t. V p. 82 Ddf.); Appian. Syr. c. 67 Bk.: ἐπί τε Παρθυαίους καὶ ὅδε (Δημήτριος) μετὰ Σέλευκον ἐστράτευσε, καὶ γενόμενος αἰχμάλωτος δίαιταν εἶχεν ἐν Φραάτου βασιλέως, καὶ Ῥοδογούνην ἔζευξεν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν ὁ βασιλεύς. 68. παρὰ δὲ τὴν ἀναρχίαν τήνδε δοῦλος τῶν βασιλέων Διόδοτος παιδίον Ἀλέξανδρον, ἐξ Ἀλεξάνδρου τοῦ νόθου καὶ τῆς Πτολεμαίου θυγατρός, ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἤγαγεν. καὶ τὸ παιδίον κτείνας αὐτὸς ἐπετόλμησε τῇ ἀρχῇ κτέ. Justin. 36,1,6: 'Missus deinde in Hyrcaniam (Demetrius captus) benigne et iuxta cultum pristinae fortunae habetur. Dum haec aguntur, interim in Syria Trypho, qui se tutorem Antiocho Demetrii privigno substitui a populo laboraverat, occiso pupillo regnum Syriae invadit'; quae trium scriptorum omnium, nec Diodori unius (v. Muellerus p. XX), ad Posidonium referenda sunt.

[2]) Disponenda igitur ex Iosephi mente hunc in modum sunt tempora:

Demetrius captus:	initio a. 142 a. Chr. n.
Ionathan et Antiochus a Tryphone occisi:	medio a. 142
Tryphon mortuus:	initio a. 138.

Ceterum cave sequare Clintonem F. H. III p. 326 sqq. in universa Syrorum chronologia paullo infelicius, ne dicam indiligentius versatum.

mittere. Etenim cum in libro I Macc. legisset legatos illos esse missos, postquam Demetrius Iudaeis tantas immunitates concessisset, ut sane liber inde ab illo tempore esset populus; advenisse autem illos Romam senatumque eis esse datum nullodum de Demetrio capto rumore adlato: profecto quomodo ex istis laqueis se expediret, haud facile reperiebat. Quapropter omnia illa, quae Demetrius Iudaeis concessit, omisit deque ipsa legatione paucissima illa supra a nobis transscripta rettulit.

Iam autem nova quaedam difficultas oritur. Vidimus a scriptore l. I Macc. expeditionem Parthicam, quae in annum aer. Sel. 172 (a. Chr. n. 141—140) inciderit, ita describi, ut paucis admodum diebus tota res confecta esse videatur. Iudaeorum vero legati cum necessario Romam missi sint ante captum Demetrium, i. e. anno a. Chr. n. 141, quomodo fieri potuit, ut anno a. Chr. n. 138 demum redirent, dum Antiochus Doram obsidet?

Qui nodus solvi potest Iustini cummaxime ipsiusque Iosephi narrationibus cum altera illa comparatis. Sic enim ille XXXVI, 1, 2 ed. Ieep.: '(Demetrius) cum ab imperio eius passim civitates deficerent, ad abolendam segnitiae maculam bellum Parthis inferre statuit: cuius adventum non inviti orientis populi videre et propter Arsacidae regis Parthorum crudelitatem et quod veteri Macedonum imperio adsueti novi populi superbiam indigne ferebant. Itaque cum et Persarum et Elymaeorum Bactrianorumque auxiliis iuvaretur, multis proeliis Parthos fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus capitur' cet.: cf. Ios. XIII 5, 11. Unde id, quod sane gravissimum est, luculenter patet, diuturnum fuisse bellum illud ac neutiquam Demetrium statim initio captum. Quodsi, id quod sane licet, expeditionis initium in ineunte anno a. Chr. n. 140 ponimus, captus ille esse commode potest a. 139. Porro nihil obstat, immo suadent omnia, ut legationem illam missam esse statuamus, dum hoc ipsum bellum geritur, i. e. sive exeunte anno 140 sive ineunte 139.

Hoc autem si accipitur, reditus in Dorae obsidionem, i. e. in medium fere annum a. Chr. n. 138, facile incidere

potuit. Ut exeunte fere a. 139 Romam illos advenisse perquam mihi probabile videatur.[1])

Vides quantis ambagibus opus fuerit, ut ex scriptoris l. I Macc. Iosephique erroribus verum tandem erueretur: at eo gratior fructus quidam isque inexspectatus nobis accidet. Etenim ex ipso Iosepho dies adeo, quo senatus legatis datus sit, definiri potest. Hoc vero palam profiteri nonne magnae audaciae videtur, cum ipsi paullo ante docuerimus omnem fere huius legationis memoriam consulto abolitam esse ab ipso illo Iosepho? Sane fatendum est ex illis quidem verbis nihil certi effici posse; at benigna fortuna ita tulit, ut sive librariorum neglegentia sive, quod probabilius videtur, eius hominis, cui conglutinanda erant posteriora Antiquitatum volumina ab ipso Iosepho non edita, incuria nobis salutaris fuerit. Scilicet cum in multis aliis decretis ita esset pecatum, ut de legitimo suo loco depellerentur, in hoc fortuna ita lusit, ut praeter ipsius Iosephi consilium quamvis loco alieno servaretur inque posterum propagaretur. Nullo enim pacto dubium esse potest, quin, quod XIV, 8, 5 exstat Sctum, neque ad alterum Hyrcanum, ut voluerunt librarii, neque ad priorem, ut post Scaligerum, Kepplerum, Petavium, Barbeyracum ('histoire des anciens traitez' Amstelod. 1739 I p. 417), Krebsium p. 111 sqq. hodie vulgo statuunt,[2]) pertineat, sed ad unum Simonem,

---

[1]) Aberravit a vero etiam Froelichius ann. Syr. p. 78 ad annum a. Chr. n. 139. aer. Sel. 174 haec scribens: 'Numenius et alii Iudacorum legati Sparta et Roma hoc aut superiore anno in patriam reduces, oblato Romae clypeo aureo clɔ minarum pretio, referunt literas L. Calpurnii Pisonis consulis Romani (cuius collega L. Popilius Laenas tum in Hispania bello praeerat) datas ad reges Ptolemaeum ..... Demetrium II Syriae (quem captum esse aut Romae, dum scripta est epistola, nondum legitime constabat, aut captivus licet, rex habebatur) atque ad urbes et insulas nonnullas, quibus commendatur, ne Iudaeos infestent atque etiam transfugas eisdem restituant (I Macc. 15,15 sqq.).'

[2]) Hyrcanum II unus tenuisse dicitur Dodwellus 'de vet. Graec. Romanorumque cyclis' diss. II p. 80 sqq., sed, ut ait Barbeyracus, 'c'est à force de conjectures; et il ne paroit pas détruire comme il faut les fondemens de l'opinion contraire'. Krebsium autem secuti sunt v. gr. Huebnerus in ann. Fleckeiseni suppl. III p. 623, Eggerus 'examen critique des historiens anciens de la vie et du règne d'Auguste' (Parisiis 1844) p. 193, Hitzigius l. s. s. II p. 464 adn. et ex parte saltem Mommsenus ephemeridis epigraphicae fasc. IV (Romae et Berolini 1873) p. 289 intra annos 620—630 Scta duo XIV 8,5 et XIII 9,2 coartans.

adsimilandumque sit litteris publicis Romanorum a scriptore libri I Macc. 15, 16 sqq. relatis.

Quod cum ipse repperissem innixus illis, quas supra posui, ratiocinationibus, eo gratius mihi acciderunt similes Grimmii et Ewaldii sententiae, quamquam neuter qui esset rerum nexus universus ratioque eius, quae videretur, Iosephi neglegentiae, intellexit. Itaque, ne quis sua laude privetur, integram utriusque disputationem adponi et ex illorum et ex mea re puto. Ewaldii autem quamvis tempore prioris, verba ex tertia historiae populi Iudaici editione exscribenda mihi sunt, cum prima, quam ipse Grimmius excitavit, non sit prae manu. Currunt igitur ita vol. IV p. 438: 'Er (Simon) befestigte das buendniss mit den Roemern, wieder den bewaehrten Numenios mit einem goldenen schilde als kostbarem ehrengeschenke zu ihnen sendend'; quae quidem in adnotatione ita confirmavit: 'nach I M. 14, 24. 15, 15—24. Uebrigens ist das Roemische empfehlungsschreiben 15, 16—21 welches ein consul Lucius ausgestellt haben soll, offenbar etwas frei wiedergegeben. Aber wesentlich dasselbe schreiben, theilweise nur genauer wiedergegeben, hat sich sogar durch Iosephus' grosse fahrlaessigkeit an einen ganz verkehrten ort in seiner geschichte hingeschoben, naemlich in die zeit Caesars: arch. 14: 8,5; das dort genannte 9te jahr Hyrkans sollte also das 9te Simons seyn, obgleich diesem gewoehnlich nur 8 zugeschrieben werden.' Postrema haec perversa de nono anno nunc mitto, cum ea difficultas paullo post iterum tractanda sit, Grimmiique (p. 226 sqq.) disputationem statim subiungo. 'Wie Iosephus die Geschichte Simons ueberhaupt sehr ins Kurze zusammenzieht, so hat er auch das vorstehende Schreiben (i. e. I M. 15, 15—24) uebergangen, dagegen Antt. XIV, 8,5 ein demselben sehr aehnliches eingereihet, welches der roemische Senat im neunten Jahre Hyrkans II an die Koenige und τὰς αὐτονομουμένας πόλεις erlassen habe nach Empfang eines goldenen Schildes von 50,000 (die lat. Version hat nur 5000) aureis aus der Hand der juedischen Gesandten Numenius, Sohn des Antiochus (I Macc. 12,16. 14,24), und Alexander, Sohn des Dorotheus. Der Senatsversammlung, in welcher dies Schreiben beschlossen wurde,

soll von einem Praetor (στρατηγός) Lucius Valerius, Sohn des Lucius, Vortrag in der Sache gethan worden seyn. Es kann keinem Zweifel unterliegen, dass dieses Schreiben (welches Krebs p. 111 ss. vergebens als authentisch zu erweisen sucht (sic) und in das neunte Regierungsjahr des **ersten** Hyrcan setzen will) eine Copie desjenigen im I Macc.-B. ist, so wenig sich auch dem Grunde dieser auffallenden Nachlaessigkeit oder Verirrung des Iosephus nachkommen laesst. Vgl. Ewald Gesch. des Volkes Isr. III, 2 S. 386'.

Quae quam non distincte et accurate dicta sint, satis credo ea, quae de tempore supra scripsimus, ostendunt, itemque **apographum** simplici conlatione excluditur.

I Macc. 15.	Ios. XIV 8, 5 p. 225 Bekk.	Translatio Latina.
15. καὶ ἦλθε Νουμήνιος καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ ἐκ Ῥώμης ἔχοντες ἐπιστολὰς τοῖς βασιλεῦσι καὶ ταῖς χώραις, ἐν αἷς ἐγέγραπτο τάδε		
16. Λεύκιος ὕπατος Ῥωμαίων Πτολεμαίῳ βασιλεῖ χαίρειν.	Λεύκιος 'ϑαλέριος Λευκίου υἱὸς στρατηγὸς συνεβουλεύσατο τῇ συγκλήτῳ εἰδοῖς Δεκεμβρίαις ἐν τῷ τῆς ὁμονοίας ναῷ. γραφομένῳ τῷ δόγματι παρῆσαν Λεύκιος Κωπώνιος Λευκίου υἱὸς Κολλίνᾳ καὶ Παπίριος Κυρίνᾳ, περὶ ὧν Ἀλέξανδρος Ἰάσονος καὶ Νουμήνιος Ἀντιόχου καὶ Ἀλέξανδρος Δωροθέου, Ἰουδαίων πρεσβευταί, ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σύμ-	‖ Lucius valerius lucii filius consul conveniente senatu idibus decembribus in templo concordie presente lucio copinio lucii colline filio et cepario quirini. De hisque alexander iasonis et numinius antiochi et alexander dorothei iudeorum legati viri optimi vel auxiliatores locuti sunt reno-
17. οἱ πρεσβευταὶ τῶν Ἰουδαίων ἦλθον πρὸς ἡμᾶς φίλοι ἡμῶν καὶ σύμμαχοι, ἀνανεούμενοι τὴν ἐξ ἀρχῆς φιλίαν καὶ συμμαχίαν, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Σίμωνος τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἰουδαίων. 18. ἤνεγκαν δὲ ἀσπίδα χρυσῆν ἀπὸ μνῶν χιλίων. 19. ἤρεσεν οὖν ἡμῖν γράψαι		

4. Δεκεμυρίαις V. — 8. Λούκιος V. et L. — Κοπώνιος V. — 9. Κολλινᾶ uterque — 10. Κυρινᾶ uterque. — 12. Ἰάσωνος L. —

τοῖϲ βασιλεῦσι καὶ ταῖϲ χώραιϲ ὅπωϲ μὴ ἐκζητήσωσιν αὐτοῖϲ κακά, καὶ μὴ πολεμήσωσιν αὐτοὺϲ καὶ τὰϲ πόλειϲ αὐτῶν καὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἵνα μὴ συμμαχήσωσι τοῖϲ πολεμοῦσιν αὐτούϲ. 20. ἔδοξε δὲ ἡμῖν δέξασθαι τὴν ἀσπίδα παρ' αὐτῶν. 21. εἴ τινεϲ οὖν λοιμοὶ διαπεφεύγασιν ἐκ τῆϲ χώραϲ αὐτῶν πρὸϲ ὑμᾶϲ, παράδοτε αὐτοὺϲ Ϲίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ ὅπωϲ ἐκδικήσῃ ἐν αὐτοῖϲ κατὰ τὸν νόμον αὐτῶν.

22. καὶ τὰ αὐτὰ ἔγραψε Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ καὶ Ἀττάλῳ, Ἀριαράθῃ καὶ Ἀρσάκῃ, 23. καὶ εἰϲ πάσαϲ τὰϲ χώραϲ καὶ Ϲαμψάμῃ καὶ Ϲπαρτιάταιϲ καὶ εἰϲ Δῆλον καὶ εἰϲ Μύνδον καὶ εἰϲ Ϲικυῶνα καὶ εἰϲ τὴν Καρίαν καὶ εἰϲ Ϲάμον καὶ εἰϲ τὴν Παμφυλίαν καὶ εἰϲ τὴν Λυκίαν καὶ εἰϲ Ἁλικαρνασσὸν καὶ εἰϲ Ῥόδον

μαχοι, διελέχθησαν, ἀνανεούμενοι τὰϲ προϋπηργμέναϲ πρὸϲ Ῥωμαίουϲ χάριταϲ καὶ τὴν φιλίαν, καὶ ἀσπίδα χρυσῆν σύμβολον τῆϲ συμμαχίαϲ γενομένην ἀνήνεγκαν ἀπὸ χρυσῶν μυριάδων πέντε, καὶ γράμματ' αὐτοῖϲ ἠξίωσαν δοθῆναι πρόϲ τε τὰϲ αὐτονομουμέναϲ πόλειϲ καὶ πρὸϲ βασιλεῖϲ ὑπὲρ τοῦ τήν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺϲ λιμέναϲ ἀδείαϲ τυγχάνειν καὶ μηδὲν ἀδικεῖσθαι. ἔδοξεν οὖν συνθέσθαι φιλίαν καὶ χάριταϲ πρὸϲ αὐτούϲ, καὶ ὅσων ἐδεήθησαν τυχεῖν, ταῦτ' αὐτοῖϲ παρασχεῖν, καὶ τὴν κομισθεῖσαν ἀσπίδα προσδέξασθαι.“ —

ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέωϲ καὶ ἐθνάρχου, ἔτουϲ ἐνάτου μηνὸϲ Πανέμου.

vantes cum romanis gratias et amicicias exhibentes clippeum aureum pro inditio auxiliorum devoverunt quinquaginta milium solidorum et petiverunt literas sibi dari ad omnes liberas civitatis quatinus provintie vel portus eorum nullam violentiam paterentur. Placuit igitur amicicias et societatem cum eis componere et omnia que supplicaverunt concedere clippeumque suscipere.

Hec acta sunt sub hircano principe sacerdotum et rectore gentis nono anno mense panefo.

---

5. φιάλην L. — 7. συμμαχοίαϲ suprascr. ι a m. 1. V. — γενομένην ex γιν. L. a m. 1. — 12. τε deest in V. — 14. πρὸϲ deest in V. — 15. τε deest in V. — 17. μηδένα L. — 18. ἔδοξε δὲ σ. L., ἔδ. οὖν θέσθαι V. — 20. χάριτοϲ L. — 22. τυχεῖν — κομισθεῖσαν (ει supra η a m. 1.) V. in mg. ab al. m. — ταῦτα V. — 24. κομεισθεῖσαν ex κομισθ. L. a m. 2.

καὶ εἰς Φασηλίδα καὶ εἰς Κῶ καὶ εἰς Σίδην καὶ εἰς Ἄραδον καὶ εἰς Γόρτυναν καὶ Κνίδον καὶ Κύπρον καὶ Κυρήνην. 24. τὸ δὲ ἀντίγραφον αὐτῶν ἔγραψαν Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ.

Ut civitatum miro ordine recensitarum nomina mittamus, ecquis est qui non statim intellegat ab Iosepho esse servatum ipsum Sctum, a scriptore l. I Macc. exemplum γραμμάτων sive ἐπιστολῶν ὧν ἠξίωσαν αὐτοῖς δοθῆναι πρός τε τὰς αὐτονομουμένας πόλεις καὶ πρὸς βασιλεῖς? Quod Grimmius si reputasset, vix illum tantopere vexasset Λεύκιος ὕπατος Ῥωμαίων, de quo mira utique theologi a Grotio inde usque ad Hitzigium p. 455, subabsurda de toto hoc loco proferentem, excogitarunt. Nam quod ait Grimmius p. 224: 'voellig abnorm ist auch die Verschweigung des andern Consuls und die Bezeichnung des Einen nach dem Vornamen allein. Michaelis' Auskunft, der griech. Uebersetzer unseres Buchs habe von den im Urtext vorgefundenen, aber von ihm nicht verstandenen sechs Namen fuenf weggelassen, um sich sein Geschaeft zu erleichtern, wird schon dadurch abgeschnitten, dass nach 8, 16 unser Verf. nur von Einem Consul der Roemer wusste, der jaehrlich gewaehlt werde. Ueberhaupt aber pflegten die Römer ihre Staatsschriften nicht im Namen der Consuln, sondern des Senats und roemischen Volkes auszustellen. Schon aus diesen Gruenden wird auch diese angebliche Abschrift fuer eine freie Reproduction des Inhaltes des wirklichen, aber fruehzeitig verloren gegangenen Senatsdecretes zu gelten haben (Grotius)', id quidem omni ex parte reprobandum est. Scilicet quamquam ne ego quidem crediderim plane integrum illarum litterarum exemplum hic haberi, id tamen in oculos incurrere puto, ὕπατον illum nihil esse nisi στρατηγόν, i. e. praetorem Iosephi. Quippe semper tenendum est, quem nunc terimus librum I Macc.,

translationem esse Graecam perisseque exemplum Hebraicum. Quodsi in hoc scriptum erat ut vertit Fraenkel vers. hebr. Apocryphorum (Lips. 1830): לוקיאס זקן אנשי רומא שלום למלך תלמי, facile intellegitur, unde consulem illum sumpserit imperitus interpres Graecus, talis ignorantiae saepius incusandus (cf. Grimmius prooem. p. XV sqq.) Recte igitur cum huius Lucio ὑπάτῳ Iosephi Λεύκιος Οὐαλέριος Λευκίου υἱὸς στρατηγὸς componetur[1]), qui etiam plenum nominum legitimorum numerum — nam cur cognomen cum tribu absit, mox explicabitur — habet.

Haec autem priusquam plenius persequamur praetorque consulis vice ut videtur positus quid sibi velit exponamus, verbo tangenda est clausula in editionibus nostris huic Scto subnexa: ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου, ἔτους ἐνάτου μηνὸς Πανέμου, quae quam ab hoc loco aliena sit multis verbis docere iam non attinet. Nec difficilior credo legitimi loci est indagatio, cum mutilum quod subsequitur ignotae alicuius civitatis decretum, in Hyrcani II honorem factum sit et ipsum sine dubio Panemo mense[2]).

---

[1]) Interpres Syrus quod item totidem litteris Syriacis ὕπατος transtulit, ('hupatoos'), nihil ad rem, cum Graecam ille translationem, non genuinum exemplum Hebraicum tum iam deperditum sequatur. Nec magis curo consulem translationis Latinae Iosephi, cum plane gemino vertendi errore XIII 9, 2 Fannius στρατηγός, de quo nemo dubitat, et ipse illic 'consul' dicatur.

[2]) Gratiam aliquam a legentibus initurum me spero hoc loco quam maxime controverso cum probabilitate expedito. Discernenda igitur sunt duo decreta: et ignotae illius civitatis et Atheniensium illuc transmissum. Nam ἐπὶ πρυτάνεως καὶ ἱερέως Διονυσίου τοῦ Ἀσκληπιάδου, μηνὸς Πανέμου (vel potius Πανήμου, cf. Ahrensius Mus. Rhen. t. XVII p. 339 adn. 7) πέμπτῃ ἀπιόντος, ἀπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων factum Agathocle archonte Munychione mense in gratiam Hyrcani Alexandri f. (i. e. secundi), ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου τῶν Ἰουδαίων. Hic autem ipse Agathocles memoratur in titulo Attico anno 1860 Athenis reperto editoque a Kumanude in Philistoris vol. I (Athenis 1861) fasc. 1—2, inscr. 1, 1; unde Gutschmidius, qui illius loci me admonuit, ipsum decreti exordium certissime sic scriptum fuisse mihi significavit: [θεοί · Ἀγαθῇ τύχῃ.] Ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος [ἐπὶ τῆς Πτολεμαΐδος δεκάτης πρυτανείας ᾗ] Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἁλιμούσιος ἐγραμμάτευε κτλ. Quippe Agathoclis annum vulgarem fuisse quo Aeantidi tertia prytania fuerit Ptolemaidique decima, titulus ipse docet (θεο[ί]· ἀγαθῇ τύχῃ. Ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχον(τος), ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος τρίτης πρυ(ταν)είας κτλ.). Iam igitur ut meam ratiocinationem persequar, fortuna ita lusit, ut decretum Atheniense totum servaretur, prioris nihil nisi initium. Nihilominus cum certissimum sit post ἀπόδοσιν illam etiam a civitate illa factum esse aliquod Panemo mense decretum, huc

Hinc ut ad singula revertamur, non haberi **integrum** Sctum et per se satis patet et maxime ex comparatione Thisbaei nuper reperti editique a Foucarto Parisiis 1872, qui etsi de tempore Flaviani huius Scti ipse quoque perversos Krebsii Huebnerique calculos secutus est, tamen bonae frugis multa in enarratione composuit. Post quem cum Mommsenus ephem. epigr. fasc. IV p. 278—298 item illud de Thisbaeis Sctum et repetierit et egregio commentario ornarit, nolo ego circa singulorum verborum explicationem diu haerere, memorabilia quaedam tetigisse contentus.

Factum igitur est hoc Sctum εἰδοῖς Δεκεμβρίαις[1]) ἐν τῷ τῆς Ὁμονοίας ναῷ, i. e. d. XIII m. Dec. a. 615/139. Consules tunc erant Cn. (sic Cassiod. epit., codd. Valerii I 3, 3 L.) Calpurnius Piso, M. Popillius Laenas, quorum hic in Hispaniam citeriorem missus erat cum Numantinis bellatum (Appian. Iber. 79, coll. Liv. epit. 55), alter quo missus fuerit non constat. Certo neuter aderat, cum Iudaeorum legatis senatus daretur ideoque L. Valerius L. f. praetor urbanus senatum consuluit. Collega eius erat Cn. Cornelius Hispalus, qui 'praetor peregrinus M. Popilio Laenate L. Calpurnio coss. edicto Chaldaeos intra decimum diem abire ex urbe atque Italia iussit, levibus et ineptis ingeniis fallaci siderum interpretatione quaestuosam mendaciis suis caliginem inicientes. idem Iudaeis, qui Sabazi Iovis[2]) cultu Romanos

---

refero clausulam illam ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου, ἔτους ἐνάτου μηνὸς Πανέμου, non scriptam illam nimirum a civitate illa, sed Hierosolymis ab archii curatoribus adiectam. Panemus autem noni Hyrcani anni, si quidem regni initium ille inde a Nisane anni a. Chr. 70 computavit, certo est Iulius (Scirophorion, Thamus) anni 62. Atheniensium autem decretum cum factum sit Munychione, i. e. duobus mensibus ante, Agathocles archon fuit a. 63—62, ol. 179, 3, ipsumque decretum in Maio fere mense anni 62 a. Chr. n. collocandum est. Consulto vero Corsini, Krebsii, Meieri (ind. lect. Hal. aest. 1854 p. III), aliorum disputationes silentio praetermisi quippe reperto iam Agathocle inutiles, itemque improbo quae postea mihi innotuerunt rationes Dittenbergeri ('de ephebis Atticis' Gotting. 1863 p. 5) Grasbergeri (Verhandlungen der philol. Gesellschaft in Wuerzburg' 1862 p. 13), Koehleri (Herm. t. VII p. 1) titulum illum altero a. Chr. n. saeculo compositum esse pro certo adfirmantium, quamquam primum saeculum (a. 47—40) iam C. Keilius commendaverat Mus. Rhen. t. XVIII p. 61.

[1]) De diebus, quibus senatum haberi licebat, nunc inprimis videnda sunt, quae post Langium A. R. II p. 366 sqq. luculenter disputavit C. Bardtius Hermae t. VII p. 14 sqq.

[2]) Nimirum hic non est Phrygum Thracumque ille Bacchus sive

inficere mores conati erant, repetere domos suas coegit[1]). Dubium autem non est quin hic teneatur L. Valerius Flaccus, flamen Martialis, qui a. 623/131 cum P. Licinio Crasso Muciano consul fuit (Cic. Phil. XI 18), ut octennium inter praeturam et consulatum interpositum fuerit[2]).

Porro quod praetor solus nominatur consulumque nomina omnino omittuntur, plane id respondet vetustiorum Sctorum consuetudini. Ut enim discedamus ab epistula consulum ad Teuranos de Bacchanalibus, cuius praescriptio ex Scto quod antecesserat desumpta (v. Mommsenus C. I. L. I p. 44) ipsos consules senatum consuluisse docet, plane gemina sunt exordia Sctorum de Thisbaeis: Κόιντος Μαίνιος Τίτου υἱὸς στρατηγὸς τῇ συνκλήτῳ συνεβουλεύσατο ἐν κομετίῳ πρὸ ἡμερ[ῶ]ν ἑπτὰ εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων et alterius ab Iosepho relati XIII 9, 2: Φάνιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς βουλὴν συνήγαγε πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν Κομιτίῳ[3]), denique epistulae L. Cornelii praetoris ad Tiburtes datae paullo ante a. 598/156, cuius praescriptio ipsa quoque ex Scto retenta est (C. I. L. I p. 108). Deinde verbo tangenda sunt cognomen et tribus praetoris omissa, tribus testium nominata. Disputavit de ea re luculenter Foucartus p. 23 sqq., quem secutus Mommsenus ephem. epigr. p. 289 quaedam eorum, quae ante repertum de Thisbaeis Sctum scripserat (roem. Forsch. I p. 47), ipse retractavit. Distinguuntur igitur magistratus et qui scribendo adfuerunt senatores: illorum ad Sullanam usque aetatem nec tribus[4]) nec cognomina adduntur, horum pri-

---

Iuppiter Sabazius, sed 'wegen des Anklangs an Sabbath, Sebaoth hielt man diesen Gott fuer identisch mit dem der Iuden, sowohl in Griechenland als in Rom, Plut. quaest. conviv. 4, 6, 2; Valer. I, 3, 3' (Prellerus mythol. Gr. I² p. 549 adn. 3.)

[1]) Egregie nisi fallor hoc loco annus a me positus confirmatur. Quippe legati illi vel potius comites eorum suos ritus Romae inferre conati videntur ideoque eodem anno statim post senatum datum amice eis suadebatur, ut 'domos suas repeterent.'

[2]) Interiectos tot inter utrumque magistratum annos nihil habere singulare sat notum est: cf. v. c. Nipperdeius 'die leges annales' (Lips. 1865) p. 63.

[3]) Sctum de philosophis et rhetoribus a. 563/161 a Suetonio de rhetor. 1 (Gell. XV 11, 1) relatum consulto omisi.

[4]) Recte enim Mommsenus Waddingtonis supplementum vs. 2 Scti de Prienensibus et Samiis (C. I. Gr. II n. 2905, Lebas et Waddington III n. 195—198), probatum id Foucarto quoque: Cέρουιος Φόλουιος

mum tribus, postea etiam cognomina indicantur [1]. Ut etiam hinc Flaviani Scti vetustas perspiciatur.

Duo autem quod fuerunt testes, certum videtur omnino antiquioribus temporibus non fuisse plures duobus tribusve [2]) crevisseque numerum cum universa rei publicae ad interitum vergentis ruina. Quamquam huic quidem argumento non plus tribuerim quam rationibus orthographicis [3]) veluti Λεύκιος pro Λούκιος posito; cum et nimis pauca nomina Romana hic habeantur et in his quidem rebus admodum exiguam auctoritatem habeant codices Flaviani.

Denique pauca addam de ipsis formulis translationisque ratione. Quem locum praeclare expedivit Foucartus p. 7 sqq. ostendens non Sullana demum aetate, id quod voluerat Mommsenus C. I. L. I p. 112, Scta Graecis destinata lingua utraque edita esse, sed multo ante coepisse morem interpretationis Graecae adponendae. Quas quidem translationes et Romae esse factas et publica auctoritate munitas recte ille inde conclusit, quod undecumque eae proveniunt, eadem dialecto, i. e. κοινῇ, non ea quae cuique civitate propria erat, confectae sunt. Publicam autem auctoritatem ostendunt formulae sollemnes Romanorum in omnibus eiusmodi translationibus simillime ac plerumque quidem parum Graece conversae. Quibus argumentis etiam Mommsenus p. 283 sq. cessit [4]).

Κοΐντου υἱὸς Στ[ελλατίνα ὕ]πατος reiecit in ephem. epigr. fasc. III p. 156 substituitque στ[ρατηγὸς ὕ]πατος.

[1]) Bene Foucartus p. 24: 'on voit donc que la mention de la tribu et du cognomen a suivi une marche très-régulière pour les noms des sénateurs témoins des sénatus-consultes. La tribu et le cognomen n'ont pas été ajoutés en même temps, mais d'abord la tribu seule, au moins jusqu'en l'année 78, puis le cognomen entre 78 et 56.' Ipsae autem tribus illis quidem temporibus ablativo, non dativo casu Graece quoque efferebantur (v. Mommsenus C. I. L. I n. 203), ut Κολλίνα scribendum sit, quem ad modum Ὀλτε[ινί]α est in Scto de Thisbaeis. Confuderunt tempora Franzius Elem. epigr. Gr. p. 249 et Wannowskius 'ant. Rom. e Graecis font. explicat'. (Regim. 1846) p. 107.

[2]) Tacite Mommsenus retractavit in eph. ep. p. 284 quod posuerat in 'annali dell' inst. arch.' a. 1858 p. 189 adn. 4, huius quidem loci tum immemor, tribus opus fuisse testibus corruptumque esse Ios. XIII, 9. 2, ubi item duo tantum memorantur.

[3]) Plenissime eas persecutus est W. Dittenbergerus Herm. t. VI p. 129 sq. p. 281 sq., ut Wannowskiana farragine iam careri possit.

[4]) Ut hoc quamvis non prorsus parile addam, ipse Mommsenus rer. gest. d. Aug. p. XXVI dudum concesserat plane geminam esse interpretationem Apolloniensem Ancyranae.

Attulerant igitur Alexander Iasonis f. et Numenius Antiochi f. et Alexander Dorothei (i. e. Ionathae) f. ἀσπίδα χρυσῆν σύμβολον τῆς συμμαχίας γενομένην ἀπὸ χρυσῶν μυριάδων[1]) πέντε. Quod ipsum plane de more fiebat. Quippe concessum erat amicis p. R., ut in Capitolio et sacra facerent et donaria offerrent. (V. Brissonius de formul. ed. Bach. lib. II p. 232 sqq., Mommsenus roem. Forsch. I p. 347). Veluti in Scto de Thisbaeis vs. 32 haec scripta sunt: ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτ[οὶ] λόγους ἐποιήσαντο χρυσίον ὃ συνήνεγκαν εἰς στέφανον, [ὅπω]ς εἰς τὸ Καπετώλιον στέφανον κατασκευάσωσιν . . . ., in Scto de Astypalaeens. vs. 11 sq. (C. I. Gr. n. 2485): θυσίαν τε ἐν Καπετωλίῳ, ἐὰν θέλῃ, ποιῆσ[αι], in Scto de Asclepiade cet. vs. 25: τούτοις τε πίνα[κα] χαλκοῦν φιλίας ἐν τῷ Καπετωλίῳ ἀναθεῖναι θυσίαν τε ποιῆσαι ἐξ[ῇ]; cf. Liv. II, 22; XXII, 37; XXVIII, 39; XLIII, 6; XLIV, 14; C. I. L. I n. 587—589; Appian. Syr. 47, al. Quamquam a sacrificando Iudaei nimirum abstinuerunt.

Denique legati petunt γράμματα πρός τε τὰς αὐτονομουμένας πόλεις καὶ πρὸς βασιλεῖς ὑπὲρ τοῦ τήν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺς λιμένας ἀδείας τυγχάνειν καὶ μηδὲν ἀδικεῖσθαι. Quae preces quo tetenderint, ex eis quae de temporibus huius Scti disputavimus, satis elucet. Scilicet Iudaei etsi immunitates illas a Demetrio adepti erant, tamen quae esset regum Syriae perfidia usu experti non ignorabant. Ut satis persuasum haberent illum, ut primum Tryphonem superasset, in Iudaeam statim esse irrupturum concessaque omnia aboliturum. Maxime autem eis locis, quae Simon modo ceperat, timebant, inprimis fortasse de Iope, ubi portum ille constituerat, solliciti. Huc igitur spectant illa τοὺς λιμένας ἀδείας τυγχάνειν καὶ μηδὲν ἀδικεῖσθαι. Quodsi Romani ὅσων ἐδεήθησαν τυχεῖν, ταῦτ᾽ αὐτοῖς παρέσχον καὶ τὴν κομισθεῖσαν ἀσπίδα προσεδέξαντο, summae sane laetitiae Iudaeis locus erat, ut quibus inde ab illo tempore patrocinaturi essent Romani eosque ab omni iniuriarum genere defensuri.

---

[1]) Nimirum non sunt 'aurei', sed sicli, quorum quinquaginta minam efficiebant (v. Boeckhius 'metrol. Unters.' p. 53 sqq.), ut sane mille minis scriptoris l. I Macc. respondeant.

[Quae restant Scta duo, (XIII 9, 2; XIV 10,10), ea similibus curis tractata in Frid. Ritschelii 'actis societatis philologae Lipsiensis' mox edentur. Adnectentur Caesaris et aliorum magistratuum Romanorum pro Iudaeis decreta (XIV, 10) ad temporum ordines, quoad eius fieri potest, revocata et vetustiorum Sctorum ad Caesaris usque tempora factorum sylloge].

Epimetrum.

Dudum haec scripseram operisque typis describenda iam traditurus eram, cum Fridericus Ritschelius suarum 'in legem Viselliam Antoniam Corneliam observationum epigraphicarum' (iterum proditarum Berolini a. 1860) me admonuit, quarum in mandanda scriptione ipse immemor fuisset. Ubi vir clarissimus verum Scti annum pridem significaverat haec scribens p. XIII: 'Quattuor vel potius quinque exempla' (adscripti in senati consultis Romanorum cum diei tum loci) 'Iosephi Antiquitates Iudaicae suppeditant, quae temporum ordine eo perscripta subieci quem alio loco dedita opera firmabo. Anno igitur 615 u. c. L. Valerius L. f. praetor συνεβουλεύσατο τῇ συγκλήτῳ εἰδοῖc Δεκεμβρίαιc ἐν τῷ τῆc Ὁμονοίαc ναῷ . . . . teste Iosepho XIV, 8, 5': e. q. s. — Quodsi iam omnis inventi laus ad ipsum praeceptorem transferenda erit, tamen nescio an etiam haec nostra uberior confirmatio utilitatis aliquid habitura sit, donec suas ille ratiocinationes plenius aperire voluerit.

Vita scriptoris.

Natus Oldenburgi die VI mensis Iunii a. 1852 fidem profiteor evangelicam. Vixdum sextum aetatis annum ingressus a patre carissimo praeceptoribus erudiendus traditus institutionis scholasticae cursum omnem sueta ratione percucurri. Itaque postquam gymnasium Oldenburgense, quod Henricus Steinius vir egregius etiamnum summa cum laude

moderatur, mense Aprili a. 1870 reliqui, Gottingam me contuli philologiae et historiae studiis operam daturus. Quae ibi me docuerunt Sauppius, Leutschius, Wachsmuthius, Waitzius, Lagardius, Bertheauus, Benfeyus, Stumpfius, viri eximii, ex quibus me benevolentia sua maxime sibi obstrinxerunt Sauppius et Wachsmuthius. Inde Lipsiam mense Octobri a. 1871 profectus et scholis publicis et ex parte exercitationibus privatis interfui Ritschelii, Curtii, Langii, Ecksteinii, Voigtii, quorum virorum omnium cara admodum mihi est memoria. Inprimis vero gratiae a me agendae sunt cum Langio tum Ritschelio, qui et cetera studia mea omni benignitate prosecuti sunt et in hac ipsa commentatione, cuius auctor Ritschelius omnino fuit, conscribenda magnopere me adiuverunt. Denique gratus animus testificandus est Ludolfo Krehlio Lipsiensi et Alfredo de Gutschmid nuper Kiloniensi, quorum ille Leidenses Iosephi codices in usus meos a conservatoribus illius bibliothecae impetravit, hic permulta praeclare pro summo suo acumine ac doctrina a se inventa liberalissime mecum communicavit, quae et in hac et in reliquis opellae meae partibus magno mihi usui fuerunt.

This book was photocopied using
Howard 20 lb. "Permalife (R100) acid free paper.